hominibus qui sunt propter aliquam infirmi
tatem secandi pro curacione corporis ut pos
sint sine dolore secari. Dolea autem
vini sic infecta dimisit iste princeps
in tentoriis suis et finxit se fugere ten
toria relinquens. Afficani autem gaude
tentoria invadunt et invenientes vi

creaka cum vino in habundancia comederunt et biberunt de isto vino infecto et statim sic omnes oppressi sunt sompno quod non se iuuare poterant. Hec explorans dux precinctus de nocte redyt super eos et interfecit sicut voluit trucidauit. Ista cautela moraliter intelligitur. Prima vti carta dya-bolus contra homines. Vinum enim quod letificat significat leticiam vel lasciuiam secularem. Ista leticia sine iocunditate mundi dya-bolus sic commiscet succo mandragore .i. delectacione luxurie. quod omnes ex hoc bibentes sunt quasi insensibiles. Man-dragora enim est herba habens formam masculi et femelle et omnia lineamen-ta humani corporis. Prima ergo tota hu-mana iocunditas inter homines hys die-bus dyabolo procurante. qui nos semper cautelose deo debellat. de isto succo vo-luptatis est infecta. Ideo homines vide-ntur dormire in peccatis. et ad correctionem prelatorum et predicatorum doctorum respo-ndere nesciunt. ut dicere possit quilibet eorum illud Prouerbiorum xxiii° Verberauerunt me et non dolui. Traxerunt me et non sensi. Non sic nos carissimi sed sicut dicit ii Corin-thiorum vi to. In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros in vigiliis in ieiuniis in casti-tate non ficta. Sic patet prima causa. Se-cunda causa vigilandi est vtilitas fidelis administracionis. Sicut ergo sicut serui vi-gilantes de nocte et expectant aduen-tum domini sui de nupciis redeuntis. Nupcie sunt in celo ineffabilis gaudii de-spensacione sancta vnione dei cum infinite ad naturam humanam. De hys nupciis dominus noster venturus est in die iudicii celeste sponsus ad totum mundum. Et ideo dicit hic vi-gilate. Et Luce xii° Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum etc. Et licet omnes vigilare debeant tamen maxime prelati quorum cure animarum sunt commisse. Unde Marci xiv dicitur de Christo qui dormientem inuenisset sanctum Petrum prelatum. Petrus enim papa erat dixit Symon dormis quasi diceret Non miror de ceteris sed de te. Tu enim non solum pro te sed eciam pro alys vigilare debueras. Tercia causa vigilandi est debilitas terrestris nostre habitacionis. Homo qui iacet in domo ruinosa non daret se sompno si esset prudens sed potencius vigi-laret. Domus autem anime est corpus lu-teum et terrenum. In hoc ymo habitant domus

"Et ipsi habitabant et erant quasi exsequias" [marginal note, uncertain]

"super illa dicit Apostolus" [marginal note, uncertain]

luteas domos. Consumentur velud aranea. Scilicet cum mors que indefesse intrat perfodiet domum meam ut furem animam tunc peccatis si possit. vel cum penas dabit pro peccato. Et ideo dicit. Scitote quia si sciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret vtique. Sed timendum est de nobis sicut de pueris necessitate naturis ut dicit Aristoteles libro. Quod pueri qui parum dormiunt et hii baiulos clau-dos propter consuetudinem dormiendi in matri-ce. Sic est de multis. Iam diu in ea sunt consuetudine dormiendi negligencie vigilare. considerare et attendere quod vigilare non possunt. Sed non sic nos carissimi sed cauendum est ab hiis malis passioni-bus que accidunt in sompno sicut dicit Aristoteles libro 20 de Sompno et vigilia. Que sunt epilencia ephialtes et litargia. Epilencia est quedam passio cerebri faciens hominem cadere subi-to et ex inopinato. Ephialtes est passio in sompno faciens hominem apparere quod aliquis eum opprimat et nitatur eum suffocare. Vnde illi qui hanc passionem incurrunt quasi semper cla-mabant vna vetula et conatur suffocare. Litargia est quedam infir-mitas compellens hominem dormire et dormiendo mori. Moraliter iste tres passiones tria generalia vicia significant quibus inuoluuntur potentes mundi huius mundus. Superbi namque et ambi-ciosi qui ad gradus et honora-nitentur ascendere epilentici sunt. Prima superbia casum habet. Vnde Anthi-claudianus dicit Multi tolluntur in al-tum ut lapsu grauiori ruant. Gulosi et luxuriosi ephyaltici sunt. quia vetula illa que caro corru-pta per peccatum surgunt et dominatur eis et deprimit ne resurgant. Auari vero sunt quasi litargici .i. ob-liuiosi. Prima quanta plura bona ac-quirunt tanto magis obliuiscuntur dominum suum deum. Vnde Glosa super illud psalmiste Deus deus meus ad te de luce vigilo dicit. Ad deum vigilat qui semper deum memor et ad deum dormit qui dominum obliuiscitur. Non sic nos karissimi sed sicut apostolus dicit ad Thessalonicenses 5to Non dormiamus sicut ceteri sed vigilemus et sobrii simus cum Dauid. Deus deus meus ad te de luce vigilo. Dixi io [uncertain] quam verbis promisso ammonem ad intentam vite me meditacio

"Super" [marginal note]

Cum de nescitis qua hora et
tria aut nobis sunt abscondita
que in hac vita nos per ingenium huma-
num aut per aliquam scienciam certitudinaliter
possumus investigare aut scire. Tamen
sciencia deus voluit nos ea ignorare.
Primo nescimus utrum amore vel odio si-
mus. Secundo nescimus quando aut
quomodo de hac vita exibimus. Tercio
nescimus quomodo eciam districto iudicio
iudicii ultimo et finali apparebimus.
Et primo dicitur Ecclesiastes ix. Nescit homo
an amore vel odio dignus sit sed
omnia in futurum incerta reservantur. Nescit
igitur finaliter quo odio vel amore sit
dignus licet aliquando pro parte in presenti bene
possit scire ex manifestis peccatis. Unde
dicit Apostolus Galatas v. Manifesta sunt opera
carnis que sunt fornicacio, homicidium,
ebrietas, ire, rixe, immundicie. Et
qui talia agunt regnum dei non possi-
debunt. Unde sicut bene agentes ex mani-
festis operibus iudicamus dignos amo-
re, sic ex malis manifestis iudicamus
dignos odio. Sed tamen finaliter ignoramus
qualiter in consequentibus sive suum concludet
Cum sic videmus mutacionem in ybi-
sed. Unde quidam de malo resurgunt
ad bonum. Et boni de bono cadunt
ad malum. Unde dicit scriptura: Va-
rius est eventus belli, et nunc hunc
nunc illum consumit gladius. Solum ergo
deus talia novit. Sed nobis sunt abscon-
dita ab oculis nostris ut dicitur Ecclesiastici xi:
Mira sunt opera altissimi solius et glo-
riosa et absconsa. Et eiusdem xvi°: plurima
illius opera sunt in absconso. Sed dicitur quod
nonne quilibet homo vel est in gracia
vel in peccato. Si in gracia dignus
est amore. Si in peccato dignus est
odio. Et de quolibet homine scitur.
Responsio quod hec vera sunt de quolibet homine
hec scitur in generali sed de nullo in speciali
potest hec sciri. Sed advertendum. Unde
ad Romanos viii° dicitur: Ipse spiritus
reddit testimonium spiritui nostro quod filii
dei sumus, igitur digni amore. Item
Apostolus dicit ibidem: Non enim accepi-
stis spiritum servitutis. Dico ergo quod sciunt quod di-
gni sunt amore. Unde sic sciunt quod
in caritate. Item necesse est hominem cre-
dere quod sit filius dei. Igitur homo qui est in
fide formata ipse scit se dignum a-
more. Si non, tunc scit se odio di-
gnum. Item quilibet habet scire

desperatum aut in peccato mortali aut
in sponte peccare mortaliter, ergo potest scire
si est odio dignus. Ad ista dicendum
est breviter quod nullus potest scire an sit
sit dignus amore sive predestina-
cionis an odio prescitus. Unde
ut dicitur Romanorum ix. Antequam nati
essent illi fratres Esau et Iacob dictum
est de eis: Iacob dilexi, Esau autem
odio habui. Hoc ergo deus solus scit.
Secundo dicendum est quod considerando
merita nostra non possumus certam et de-
terminatam noticiam de hoc habere
an per illa opera et merita digni
simus odio vel amore. Vel si possumus
de hoc aliquam noticiam conietturalem ha-
bere per aliqua signa. Et primo an odio
dignus sit homo potest conietturari ex
octo signis. Primum est successus con-
tinuus in temporalibus qui in membro
est signum dampnacionis. Iob xxi°. Du-
cunt in bonis dies suos et in puncto
ad inferna descendunt. Et Ecclesiastes de
pec. Sed in ... Unde ergo dicit ...
prosperitas hominis malus, male capit suos
Tum enim pro illo pauca bona retri-
buentur hic recipit et quia illic iam ple-
nius punietur. Secundum signum
est prosperitas in peccatis. Hec est quia
talis habet prosperitatem ad peccandum quia
vult et quod vult implet pro sua volun-
tate. Si vult inebriari adest ei potus. Si
vult fornicari habet oportunitatem sine
omni impedimento. Tercium signum quia
nichil sentit se pati et si pati tamen
impaciencia. Quartum signum
est recidivacio frequens et reversio
ad peccatorum post confessionem sicut ei
qui recidivat per eandem infirmitatem
signum est quod morietur. Quintum
signum est incredulitas scripture sive
divine evangelii et sanctorum doctorum
omnibus visio. Unde qui ex deo est verba dei
audit etc. Sextum signum est ingra-
titudo de beneficiis acceptis vel
quod putat ea sua merita data esse. Se-
ptimum signum est non cessacio a peccato
sive continuacio peccati. Hoc enim signum est
quod talis caret custodia dei. Octavum
signum est propria voluntas. Unde
omnia vult habere ad placitum. Non vult
corrigi sed ad nutum blandiri. Ecclesiastici
xxxii°. Homo deceptor correctionem

Iob 39 ... ...
libere ... ...
... ...
... et vocem exactoris
non audit.
Danielis 32 ... meam ... et ...
... ... et
... ut ... et ...
... ... retribuam
... ... dicit dominus

vestigium est peccatorum ut omnia sciunt
eorum bonorum quod tales odiunt specialiter bonum
Et qui enim indignum se sit nulli bonitati
adquiescit nisi fictus ex affectione huma-
na hec sunt signa abominacionem dam-
natorum sicut Cayn qui odivit A-
bel innocentem erga se. Et Esau Ja-
cob. Et Ismahel Ysaac. Et Judas
Christum unde reprobi dicunt
Circumveniamus iustum. Sapiencie ijo
Ex adverso autem sunt alia signa sa-
lutis. Primum signum est voluntaria pau-
pertas licet in affectu continuo ut qui divicias
multa sibi ab usu subtrahit et more
paupertatis vivit. Matheo vto Beati
pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum
celorum ut enim dicunt ut pauperes s-
imus. Nam ipso plus paupertatem
amant quam se ipsos. etiam inter sua ce-
terum apostolos Ita pauper fuit quod natus
vilibus pannis involutus pau-
natus. In paupertate vixit hospicium
proprium non habuit. Pauper mortuus
est. Secundum signum humilitas in acti-
bus virtuosis. Cum quis multa facit
pro deo nulla existimat se fecisse sed
se servum inutilem. Luce xvijo. Ter-
cium signum est impedimentum in malo
ut cum quis tempore temptacionis impedi-
ne peccat quod indicat tali ut deus
Ozee 2o. Sepiam viam tuam spinis. Quar-
tum signum est continuus profectus in bonis
ut dicitur Ibunt sancti de virtute in
virtutem etc. Quintum signum est
paciencia in adversis ut cum quis ea
que patitur iuste se pati arbitratur
Iuxta illud meritis hec patimur quia
peccavimus. Sextum signum est obe-
diencia verbo dei. Cum quis nititur
implere quod audit in sermone. Et
delectatur in audiendo. Septimum
signum est reverencia ad sacerdotes s-
signum enim est ad deum qui servi honora-
tur. Octavum signum est gaudium de bo-
no proximi profectu cum caritas con-
gaudeat veritati. Ex hiis licet possit homo
ex hiis aliquam existimacionem recipere
an sit in odio vel in amore. Tan-
semper dicit timere. Romanorum xi.

Nota circa honorificacionem sacerdotum da illis partem sicut mandatum est tibi

ymmo dicit Nisi mecum omnes sunt
Quod in hoc iustificatus sum. Ecclesiastes
9o homo scit si amore dignus sit
enim cor eius non reprehendit me
Romanos 3o. Pravum enim est quia
dicitur sunt cogitaciones hominum quoniam va-
ne sunt maxime ex quo omnes
iustificaciones sunt sicut pannus menstrua-
te mulieris. Unde dicit Gregorius Mo-
ralium quod homo dicit tunc quod est stri-
cte se agere intelligit sub districto ex-
amine quo tendit ignorat. Unde
iusto ex hiis quod licet homo iuste agat
ut hic certus esse potest quod amore
dignus sit. Et si perseveraverit in
iusticia sua Proverbiorum xx. quis homo
potest intelligere viam suam sicut quod dicit
legitur. nullius glorie dependit
sed ut agnus apparet de multa sua
Secunda causa est ut nonnulli primi Math
xxo. Alia est causa quare sustinemus
multos malos quia non desperamus
de eis. Ista est causa quare sustinemus
multos malos quare deus voluit
nobis esse incertum ut neque de bonis
operibus extollatur nec de peccatis
desperet. Ita Judas apparebat bonus
et fuit dampnatus. Et latro malus
apparebat et fuit salvatus. Hoc
est quod prius quod deus voluit nobis esse
occultum. Secundo nescimus quando
quo de hac vita exibimus. Ecclesiastes ix.
Nescit homo finem suum sed sicut pisces
capiuntur hamo. et aves apprehen-
duntur laqueo. Sic homines capiuntur
in tempore malo scilicet mortis. Prima hora
nescimus si in iuvenili rapit morte. Ba-
Tempore malo scilicet mortis vel cum
cum adversatur Job in tenebris
scilicet ita quod non cum videbit ... in
tenebris. Tunc autem tria incerta
circa mortem scilicet tempus quia nescimus
an in estate vel in hyeme. An die
vel in nocte mane vel sero. Secundo
locus. Tercia nescimus an in domo
vel in campo. An in patria vel extra
vel in ... Seneca Epistola xxvija. Nescis
quo loco te mors expectat. Tu ergo
eam in omni loco expecta. Tercio modus
Tercia nescimus quomodo moriemur
an igne vel aqua. an ferro vel
subito vel successive vel casu

1 Ioh 3 si cor nostrum non reprehenderit nos fiduciam habemus ad deum

mors eis ex improviso superveniet

Ultimum signum est cum sapienciam vitam meditatur ... mortem

[illegible]

omnes

[S]i vel naturali morte [illegible]
ut homines salvus fieri [illegible] eos
notificare finem suum ut melius se pre-
pararet ad finem eorum ergo male
quia abscondit hoc bene propheta
fecit Notum fac mihi finem meum ps.
xxxviii° Respondeo secundum Bernardum
xiii° li. moral. tractantem illud Job
xv to Cunctis diebus suis impius su-
perbit et numerus annorum incertus est [illegible]
Dicit ad hoc inquit conditor noster bene volens
nobis finem nostrum ut dum semper incer-
ti sumus moriamur semper ad mortem
improvisi parati ad finem inveni-
amur hec ille Non ergo putan-
dum est deum in hoc male fecisse quod
nobis diem illum occultavit quia
per hoc nos a multis malis preservat
et paratos facit Et in bonis exerceri
operibus et hoc est totum utile Se-
cundo [illegible] quod coram districto iudice
in novissimo die astabimus Unde
Math. xxiiii to De die autem illa
nemo scit neque angeli dei in celo
Illam autem diem voluit esse incertam
ut secundum Bernardum semper habeatur
suspectus adventus eius et nos semper para-
ti simus [illegible] xiii° [illegible] in verbis
predictis ammonemur ad expecta-
tionem [illegible] redemptoris nostri visitationis
[illegible] [illegible] in ventrem [illegible] [illegible]
te terribilis cum peccatoribus [illegible] quos
deus rex celi et terre venturus est ad
damnandum eos hic sic consolatorium
bonis quos deus [illegible] venturus est ad pre-
miandum eos Maxime ergo debent
timere peccatores audientes Primo
dominum [illegible] venturum ad iudicandum quali-
ter ad omnes Et hoc propter 3 causas
que erunt in isto tamquam iudice
severissimo et iustissimo Primo
iste dominus sic iudex inflexibilis
Secundo infugibilis Tertio insolu-
bilis Et istos adventus [illegible]
dicam erit tremendus Primo erit
inflexibilis quia nullus poterit
flectere eum [illegible] [illegible] potest
[illegible] et [illegible] iudicium suum
[illegible] Domine [illegible]
[illegible] iudicium tuum Tertia autem
erit iustitia [illegible] domini quod etiam
iustitias iudicabit [illegible] potest
Cum accepero tempus iustitias iudica-
bo Secundo infugibilis quia in

primo adventu [illegible] non accepit tempus
iudicandi sed miserandi quo dicitur
deus Tempus misericordie adveniet Co-
rinthiorum vi to Ecce nunc tempus accepta-
bile [illegible] [illegible] terribilis [illegible]
Secundo [illegible] iudicabit sed ad
bona opera examinabit Malachie iii°
Colabit filius filios levi i. examina-
bit districtus iudex Hec moral. Se-
cundo erit iudex infugibilis quia nullus
poterit effugere suam vindictam Unde
ait [illegible] Nolite inique
agere [illegible] moral. Non erit
locus fugiendi quia deus est ubique ps.
Quo ibo a spiritu tuo [illegible] Si sumpsero pen-
nas meas [illegible] et enim illuc manus tua
deducet me Unde Gregorius Effugere
[illegible] [illegible] iudicabit [illegible] ubique
est Tertio deus [illegible] infugibilis est
Tertio erit iste deus ut iudex infallibilis
Non enim est sapientia creata que falli
potest vel corrumpi precio vel favore
vel timore In ipso enim sunt omnes thesauri
sapientie et scientie dei absconditi et ipse
novit abscondita cordis nostri quia omnia
nuda et aperta sunt ei ad Hebr. iiii to
Ideo decipi non potest quia intellectus eius [illegible]
tari potest Non enim fallitur [illegible] [illegible]
sillogismis Non platonis probationibus
Non Socratis argumentis Non legistarum
allegationibus Non iuristarum rationibus
quod facit iudicium iniustum et iudicio [illegible]
omnia in veritate iudicabit Nos igitur karis-
simi tantum domini adventum scientes
bonis operibus preveniamus et ut eius in-
stantiam tam districtam valeamus eva-
dere laboremus nunc in eius gratia exi-
stentes proposse [illegible] [illegible] parare ut
tunc possimus in omnibus [illegible] stare
in regno celorum Ad quod nos perducat pater
et filius et spiritus sanctus Amen Sequitur sermo
de Conceptione Beate virginis

[I]nnarrabilis dive
gratie misteria merce-
dem gloriosam repro-
misit eterna dei provi-
sa [illegible] dei [illegible] sa-
pientia Unde dicitur Eccl.
xxiiii to Qui elucidant me vitam eter-
nam habebunt Quod [illegible] de gloriosa
virgine que [illegible] patris sapientiam
dei filium [illegible] in utero portabit

ac mundo peperit. Facta sancta let-
icia. Nam quicquid de dignitate et subli-
mitate virginis matris eius educere
in lucem hoc nos debemus ad laudem
et honorem filii sui pertinere qui ho-
norificavit graciam et sanctitatem matris
honorificavit et elucidavit gloriosum
nomen filii eius qui ipsam sanctificavit
et gracia replevit. Nam si in ceteris re-
bus elucidacio veritatis que a deo
est preclara merito pateat. In ea
specialiter fructus uberrimus afferre
specialius est que sanctificacionem et
dedicacionem templi illius continet
In quo ante secula antequam terra
fieret et ab eterno sibi mansionem
ordinavit prima et eterna veritas.
Sed quid nos tantilli et indocti
ne possimus. Eciam in eius laudibus
referemus quod si omnium nostrum membra
verterentur in linguas non possemus
eam ad plenum elucidare. Et in de-
laudis mee iniquitatibus viatorum pollu-
tenebris depravata valet attribu-
ere ipsius lucifere sanctitati propter
hoc tamen omnino tacere non debemus.
Devotis ad eam omnibus humiliter recurra-
mus salutantes eam Ave maria etc.
Eloqui de Concepcione gloriose vir-
ginis marie matris dei et exordio
sanctificacionis eius est valde diffici-
le. Nam ab exordio fidei propagacionis
christiane usque ad tempora congrega-
cionis sacri concilii Bazilien. In di-
versis mundi partibus et in conciliis
pluribus annis difficilis questio inter
doctores facta fuerat super Concepcio-
ne et sanctificacione eius. Nam quidam
dicebant ipsam virginem et eius animam
per aliquod tempus aut momentum subiacuisse
actualiter originali culpe. Alii autem e con-
trario dicebant a principio creacionis
sue deum ipsam diligendo graciam
ei contulisse per quam a macula origi-
nali eam beatissimam personam libe-
ravit et preservavit sublimiori sancti-
ficacionis gradu redimit. Cum fundaret
eam ipse altissimus et ipsam fabricaret
filius dei patris ut esset eius mater in
terris. Unde sacrum generale Bazilien.

Volentes ut pax et unitas habeatur
inter professores super hac materia diligenter
inspectis auctoritatibus et racionibus
que a pluribus annis in publicis rela-
cionibus ex parte utriusque doctrine
coram sinodo allegate fuerant aliisque
plurimis super hac re visis et matura
consideracione pensatis doctrinam
illam disserentem gloriosam virginem
dei genitricem mariam preveniente
et operante divini numinis gracia
singulari. Numquam subiacuisse actu-
aliter originali peccato. Sed immunem
semper fuisse ab omni originali venia-
li et actuali culpa, sanctamque et
immaculatam tamquam piam et consonam
cultui ecclesiastico fidei catholice
recte racioni et sacre scripture ab
omnibus katholicis approbandam
fore tenendam et amplectendam
diffinimus et declaramus nullique
de cetero licitum esse in contrarium predi-
care seu docere. Renovantes preterea
institucionem de celebranda sancta
eius concepcione que tam per Roma-
nam quam per alias ecclesias sexto ydus
decembris antiqua et laudabili con-
suetudine celebratur. Statuit et
ordinavit eandem celebritatem pre-
fata die in omnibus ecclesiis mo-
nasteriis et conventibus christiane
religionis sub nomine concepcionis
festivis laudibus colendam esse. Cunc-
tis fidelibus vere penitentibus
et confessis ea die missarum sollem-
niis aliter centum indulgenciarum
primis autem vel 2is vesperis totidem
Sermoni autem divino de ea festivitate
interessentibus centum quinquaginta
dies concessione perpetuis temporibus
duraturam de iniunctis sibi peniten-
ciis elargitur. Datum anno domini
millesimo quadringentesimo tricesimo
nono in concilio Bazilien. propter quod ut
dictam indulgenciam percipere
possimus de Concepcione marie modo
paululum disseramus. Multiplex
est concepcio marie. Prima est eterna.
Nam omnia que deus produxit esse
in sua mente eterna concepit et habuit
Sicut et Carpentarius ordinat esse

que in mente sua ab eterno conceperat et habuit. Sic hanc virginem gloriosam scilicet mariam in sua mente conceperat et ymaginem ab originali habuit. Unde de se dicit Proverbiorum viii° Dominus possedit me initio viarum suarum antequam quicquam faceret a principio ab eterno ordinata sum. Ex antiquis antequam terra fieret, nec dum erant abissi et ego iam concepta eram. Et ista conceptio marie fuit sancta quia intencio divina ad creandum talem virginem gloriosam. Istam non celebramus sed de ea solum deum laudare debemus quia sicut deus sicut ab initio previdit lapsum hominis sic et previdit et ordinavit eius reparacionem que facta est per filium dei de maria virgine natum. Secunda conceptio marie est seminis qua joachim et anna fecerunt coniunctione carnali et ex commixtione seminum ipsorum concepta erat caro marie. Ista conceptio quo ad materiam loquendo non erat in culpa nec in gratia quia illa massa seminum erat inanimata. Culpa vero et gratia solum habent esse in anima. Istam conceptionem non sanctificamus sed de ea deum laudare debemus. Prima tales homines ad parentes inhabiles ordinavit coniungi et quibus talem prolem donavit. Tercia conceptio marie est hominis scilicet quando deus animam creatam marie infudit eam corpori per xl v dies disposito et organisato. Prima iuxta philosophos post commixtionem carnalem seminum virorum et mulierum xl v ta die anima a deo creatur et infunditur et illud fuit prius et mulieris unitum aliarum in ista conceptione peccatum contrahit originale. Et de hoc ponit exemplum familiare de lapide calido qui licet in se non sit formaliter calidus si tamen aqua frigida perfunditur resultat calor propter dispositionem preexistentem in lapide. Sic in proposito ex hoc ipso quod anima rationalis coniungitur carni infecte contrahit originale peccatum et in quo consistit. Et istam conceptionem marie hoc celebramus quia unio anime marie cum

materia disposita sint sanctificata et absque peccati macula. Prima secundum gratiam prout iam determinavit ecclesia in hac conceptione anime cum materia disposita infusa est marie gracia habitualis. Sic quod ipsa sanctificata est in utero matris sue super alios pueros omnes preter homines. Et hec sanctificatio marie facta est xl v ta die a die conceptionis eius. Secundo dubitatur cum hac die beata virgo maria in utero gratiam susceperit videtur quod hoc festum possit celebrari sed illo die quo fuit animata et sanctificata. Et ita caderet in diem aliquem qui ab hodierna die est xl v ta. Item ista die hodierna in qua fuit seminaliter concepta. Respondetur quod quidam ex racione moti negaverunt hoc festum celebrandum nec licebat nisi pro sua cogitatione. Contra quos magister Anshel Anshelmus ita dicit. Erubescant insani qui hanc diem celebrare noluerunt. Ideo quia [illegible] conceptionis [illegible] celebrat ecclesia. Magna quippe insania est cum in hoc aliquis comparat in qua dei filius carnem assumpsit. Et ideo dicendum quod hoc festum celebratur hodie non quod ista die beata virgo sanctificationem susceperit sed quia ista dies pro celebritate huius festi per eam est revelata ut de Ebiono abbate de Anglia qui procuravit pacem inter Anglie et Francie. Nam tempore tempestas valida in mari exorta est. Ebionus oravit deum cum omnibus qui secum erant. Et ecce vir in apparatu pontificali venit et quesivit si vellet celebrare festum conceptionis marie, tunc salvaretur. Ebionus salvatur. De die quesivit. Respondit sexto ydus decembris ut patet in legenda. Tercio quare beata virgo potius hanc diem voluerit celebrandam quam illam in qua fuit sanctificata. Respondetur propter duas causas. Prima propter manifestandam miraculosam conceptionem. Prima ex parente sene et iam sterile concepta est. Secunda

pro excusatione quarumdam in memoria-
lis in quo licet racio absorbeatur
propter carnis delectationes hec tamen
difformitas excusatur propter fidem
thori et intentionem prolis ad generan-
de et ducande ad laudem dei. Et
qui debite vult hic festum celebra-
re debet intentionem habere non ad con-
ceptionem carnalem sanctis sed ad con-
ceptionem spiritualem scilicet sanctificationis.
Item simile enim in partibus nostris
celebratur dedicatio ecclesie Ro-
mane. Dicimus enim in collecta Deus
qui pro nobis per singulos annos hu-
ius sancti templi tui reparas diem.
Ibi intentio dicentis non fertur
ad templum in quo hic est sed ad
templum quod est rome. Sic etiam
in proposito de conceptione celebratio
conceptionis marie secundum intentionem
nostram ad ipsius primam conceptionem
que facta est in utero matris eius
Anne super alios primos homines.
Racio beati Thome in 3a parte su-
per q. xxvii art. iiii to In responsione
principali quia illos quos deus e-
legit ad aliquid ita preparat et dispo-
nit ut ad illud ad quod eliguntur
inveniantur idonei secundum illud
ii Corin. iii° idoneos nos fecit
~~ministros novi test.~~ ministros novi te-
stamenti. Sed quia beata virgo ma-
ria fuit ad hoc divinitus electa ut
esset mater dei. Et ideo non est dubi-
tandum quod deus per suam gratiam
eam ad hoc idoneam reddidit secundum
quod angelus ad eam dixit Inveni-
sti gratiam apud deum. Ecce con-
cipies et paries filium et vocabis no-
men eius ihesum Luce i. Non autem fuisset
mater dei si peccasset aliquando quia
honor parentum redit in prolem
secundum illud Prover. xvii°. Gloria filio-
rum patres eorum et ignominia matris
redundasset ad filium. Item etiam quia
singularem affinitatem habuit ad xpm
qui ab ea carnem accepit. Unde dicitur
ii Corin. vi to Que conventio xpi ad
belial. Item etiam quia singulariter
in ea filius dei qui est sapientia dei in ipsa
habitavit non solum in anima sed etiam in

utero. Unde dicitur Sap. i°
In malivolam animam non introibit sapi-
entia nec habitabit in corpore sub-
dito peccatis. Et ideo simpliciter fatendum
est quod beata virgo nullum actuale
peccatum commisit nec mortale nec ve-
niale. hec ille. ymo nec originale
contraxit. Sed statim in sua conceptione
est sanctificata ut impleretur illud
Cant. iiii to Tota pulcra es ami-
ca mea et macula non est in te.
Nam sicut celi cantabat est in conceptione
ut stella lucis previa lune et lux
aurore expurgata sunt omnia fulcite so-
lis splendore sic marie precordia
conceptionis more quibus excludimur
via luna (?) sine squalore. Item
originalia fulgerent plus celi de-
core hinc cessent nec Cyria (?) modo lo-
quentes ore Quamvis natalicia ma-
rie sancta fore. Et Anshelmus
li. de Conceptione virginis [?] illos
qui asserunt eam conceptam in origina-
li peccato sic dicit Ista ne sunt
et impotens sapientia dei et virtus
mundum sibi ex omni parte habitaculum
condere remota omni labe conditionis
humane q.d. nullo modo. Subdit an-
gelus aliis peccantibus a peccato
servavit et feminam etiam matrem suam
futuram ab aliorum peccatis exsortem ser-
vare non valuit. Intuemini si consequen-
tiam statuit eam dominatricem
et reginam fore angelorum et nunc infe-
riorem gratiam aliis naturam in con-
sortio acceptam tecumque hominum peccatorum
Existimet hic qui vult argumentis
probet. Non ut hys que dicimus
adnectetur. Ego denique deus oste-
dit michi aliud dignius excellen-
tius domine mee dicam que dig-
ne dico. Unde scripsi non omitto. Et post
longum passum subdit Si quid
prime ea diximus pro non omnino ex-
... pronunciat. Item ea de sanc-
tificatione marie et sancte conceptionis
verissime constat. Si sententia ca-
tholica est. Ego a catholice et uni-
versalis ecclesie veritate nulla ratione vo-
lo dissentire. Magnifice [?] propriam
virtutem domine quadam quem mentis
amplitudine proposite considerans
videtur mihi videre quia si quid originali

peccati in propagatione mundi ...
et dominus mei exstitit propaga-
tio et non propagate prolis sunt et
sumunt exemplum de constancia
b. Attende si deus constancie
confert ut inpia sponte mater a spermis
remota concipiatur allatur! et for-
mentur, non potuit dari contrarium homi-
nis quod sibi templum faceret in quo
habitaret. Et de quo in unitate
sue persone prefatus homo fieret
ut non licet inter spermas peccatorum con-
ciperetur, absque tamen spermate
carnalis exercitus omnino redderetur quod
si obviatur verbum apostoli dicentis
qui in omnibus. Omnes homines in adam
peccasse. Ipse anselmus huius
consequenter sic dicit. Cum omnem
etiam gratie dari in te virgo quod sic de-
cuit te non inter omnia sed supra
omnia que facta sunt inestimabili
modo intueor, ita te non lego nec
alicuius in tua conceptione deiecta
fuisse operatione et singularis homines
intellectum in penetralibus divinitatis
et operatione ab omnis peccati ad-
mixtione liberrimam habet ille. Te de-
cebat ut genitus christi fieret de
matre purissima ea puritate
qua maior sub deo nequit intelligi.
Maior est puritas que nec inventa
nec inspecta est actualis nec origi-
nalis culpa quam que aliqua contracta est
vel fuit ergo beata virgo preserva-
ta fuit et ab originali culpa. Et
Henricus de Gandavo doctor
sollempnis in sermone qui sic in-
cipit Transfulget virga de stirpe
vel dicit Cum audis dicere hanc
portam visam ab Ezechiele et
clausam ullum fuisse apertam
a diabolo. Per quam solus rex re-
gum et dominus dominantium voluit
introire. Cum audis dicere hanc
portam pollutam fuisse labe criminis
in qua ille in omnibus comparati non a-
stra sunt munda voluit plusquam
ix mensibus habitare. Et ci-
tat quecumque velit. Ego hoc dicere
non audeo nec sentire. hec ille. Nam
sanctificacio marie excellit
sanctificationem aliorum sanctorum di-
gnitate et tempore. Sicut sancti
ut Jeremias et Johannes baptista

sunt sanctificati sunt in matris utero
et a peccato originali mundati, ergo
beata virgo excellentius debuit sancti-
ficari et per gratiam in primo instanti infusionis anime.
Et patet hoc per rationem ad oculum de-
clarationem. Anima fuit una persona
utroque modo habens originale dam-
num patet. Quemadmodum de hominibus communi genere
legis propagatione. Ita dicimus quod persona
prima mea que quandoque habere potest pec-
catum in carne sive in causa, et quo-
damodo non habet sed in anima sive
in effectu. Anima unde dum dicitur lex
trema i. est de lege cum modum. Et istud
fuit ergo beata que fuit mediatrix
inter nos et deum. Christus sicut et ipse
inter nos et deum. Sed si tamen
originali tunc non debuit mori. Dicendum
quod non sequitur, quia licet gratia sancti-
ficationis in ea preveniret actualem infec-
tionem quo ad culpam. Non tamen pre-
venit carnis infectionem quo ad fo-
mitem. Et ideo ratione istius fecit hic
in carne et fomitis. Ipse remansit
vivit in materia penalitatis pro
merito priorum parentum sicut manent
manent in parvulis baptizatis
Gratia enim sanctificationis non ob-
viat pene sed culpe. Et hinc est quod
beata virgo fuit penalitatibus
obnoxia sine eius culpa. Per hoc etiam
patet solutio declarationis tamen que
fuit pena non culpa. Sed si dicitur quod
beata virgo non fuisset redempta per
christum. Anima nullus potuit ad
redemptionem christi, nisi qui habet vel habuit
culpam. Respondetur negando hoc.
Dicitur enim aliquis posse redimi ab
alio aut per ereptionem aut per mali
eminentis preventionem. Sicut patet
de duobus quorum unus potest cadere
exigitur. Alter vero ipso casu liberatur
aliter vero aliter. Sic beata virgo
per christum omnium salvatorem et liberatorem
liberata est et redempta a potestate
dyaboli, et a peccato non habet alii
Alii enim post casum erecti sunt. Ipsa
vero in ipso casu vel eminente ipso
casu sustentata est ne incideret in pec-
catum originale. Racionatur ergo ecclesia
celebrat conceptionem virginis gloriose
propter eorum primo prophetiam prophetarum in
ea figurarum in ea impletionem, quia
in ea incepetur impleri prophetie et

figure Hec promissa magna
data ad totius mundi consolacionem
et salutem Jam enim tempore reparat
virga de radice yesse De qua flos
florum virgo dominus egressurus
erat iuxta illud ysaie xi Egredie-
tur virga de radice yesse et flos
de radice eius ascendet Jam appa-
rere reparat nubes super quam dominus
ascensurus erat Juxta illud ysaie
xix Ecce ascendet dominus super
nubem levem Item archa lignea
fabricari reparat lapidibus auratis
operienda de qua Exodi xxv
Et in qualibus dicatur Ipsa virgo
beata est celum novum altissima di-
gnitate et purissima castitate Item
est terra nova profundissima humi-
litate et castissima fecunditate Que
virgo et mater extitit de qua psalmista
Benedixisti domine terram tuam
avertisti captivitatem Iacob et iterum
dominus dabit benignitatem et terra
nostra dabit fructum suum Et ysaias 64
dicit Ecce ego creo celos novos et ter-
ram novam et priora non erunt in
memoria Gaudebitis et exultabi-
tis usque in sempiternum in hiis que
ego creo quia ecce ego creo Jerusalem in exultacionem
et populum eius in gaudium Item ipsa
est illud fundamentum in terra in sum-
mis montibus id est super dignitates omnium
sanctorum in quo deus posuit duo
luminaria magna Solem iusticie
cristum filium suum et lunam id est ipsam
virginem lune similem propter distinc-
cionem diei et noctis et propter requiem
diei humani laboris Et propter sola-
tium reparacionis solacium lunis Item ipsa
est mare magnum et spaciosum Ecclesiastes
primo Omnia flumina intrant in mare
id est omnia fluenta gracie sunt in ma-
ria Deus enim congregaciones aquarum
appellat maria Genesis i Et ma-
trem suam eodem nomine voluit appel-
lare Cum plenitudine gracie per an-
gelum voluit mutare Unde ipsa
dicit Jn me omnis gracia vie et
veritatis In me omnis spes vite et
virtutis Transite ad me omnes
qui concupiscitis me et a generacionibus
meis adimplemini Item ipsa
est paradisus voluptatis sita in monte
eternam deus ab inicio preciosissima omnibus
plantavit ad flores et fructiferam
sunt suavitatem odoris augmentato
sunt honoris et honestatis in qua pa-
radiso deus posuit hominem cristum
quem in ipsa formavit spiritu sancto
cooperante Item ipsa est rubus
ardens divina karitate et materna
fecunditate et non consumitur salva vir-
ginitate Item mons de quo precisus
est lapis sine manibus de qua
cristus conceptus est sine humanis
operibus Danielis ii Item ipsa
est vellus gedeonis Judicum vi
Item archus positus in nubibus celi in
signum propiciacionis Genesis ix
Item ipsa est Sara reputata sterilis
et tamen fecunda Item rebecca quam
preparavit dominus filio abrahe id est deo
Genesis xxiiii Item Rachel de
cora facie Genesis xxix Item ipsa
est illa hester preelata assuero
id est regi beatissimo Assuerus enim bea-
tissimus interpretatur Item ipsa
est Judith que sine castitate peri-
culo dei populum liberavit ab ho-
ste olopherno id est dyabolo Ipsa con-
terit caput eius Genesis iii Secun-
do ecclesia celebrat concepcionem vir-
ginis propter filii dei ex ea incarnacionem
Sicut namque celebrat ecclesia sancte
crucis inventionem et exaltacionem que
tamen fuit instrumentum consumacionis
redempcionis nostre gratulatione su-
scepte Multo magis racionabiliter ce-
lebrare debet concepcionem beate ma-
rie virginis de cuius carne corpus
cristi formandum erat Si namque vo-
luisset filius dei potuisset de lapi-
de corpus formasse quod si fecisset
tota ecclesia congaudens illius lapidis
et eius invencionem sicut crucis celebrare
potuisset Ergo de facto virginis
quod fecisset lapidi Item constat quod dei fi-
lius incarnatus nichil sumpsit de
substancia anime virginis sed solum de sub-
stancia eius corporali quia de purissimis
sanguinibus formatum est corpus
cristi operacione spiritus sancti ut dicit Damascenus
in libro in suarum sententiarum Ex
quo sequitur quod formacio seu concepcio materie

virginis fuit quodammodo in radice concep-
cionis a filio dei assumende. Ac per hoc con-
cepcio virginis future matris fi-
lii dei fuit quasi quedam concepcio ori-
ginalis et in radice hominis cristi quo
ad substanciam eius corpulentam
de virgine assumendam. Racio ex-
co Tercia ipsa ergo erat exordium
et quodammodo fundamentum remotum nostre
salutis. Et ipsa concepcio erat quodammodo
huius fundamenti posicio. Eius ergo
non gaudeat de posicione huius fun-
damenti super quod edificium pro to-
cius mundi salute erat stabiliendum
Unde si populus cum magna leticia
celebrabit fundacionem templi ma-
terialis et figuralis ut dicitur Esdre 3o
cum ammodo gaudio debet celebrare
fundacionem templi racionalis et
figurati scilicet virginis gloriose. Et
cuius corpore verbum dei pro nostra
redempcione voluit obumbrari. In
cuius pectore voluit humilitas requie-
scere. Quarto ex hoc quia natura
humana post lapsum sic dignificata
est in una persona et puro homine
ut ipsa esset sic gracia et virtutibus
dotata et firmata quod quamvis deinceps
totam vitam multo tempore in hu-
manis agendo ab omni peccato haberet
immunem. Et ut eius sanctificacio
esset radix gracie et sanctificacionis
nostre. Et hec est cur parentes hoc
nec primam similem visa est nec habere
sequentem. Quod attendens archangelus
Gabriel cum reverencia salutacionis
dixit. Ave gracia plena dominus
tecum. Nam et si in sanctis patribus
et prophetis gracia fuisse creditur
non tamen ceteris plena. Et per hoc
quicquid est maledictionis infusum
per Evam totum absolvit benediccio
Marie. Propter et graciam refudit ceteris
omnibus quam non habent singuli omnibus
dedit. Considerare ergo diccione debemus
quod nullo virtutum vacavit genere
cum plenitudine gracie dei mittimus
aspiciebat ingesse. Sollempnitatem ergo concep-
cionis sancte virginis digne venera-
cionis et in laude eius digne inqui-
rentes extollere cogitamus nostri co-
natus efficacia. Postulemus eius
suffragia ut per eius sanctissima
merita divinam clemenciam impetremus.
Ista est enim precipua festivitas in qua
omnis angelorum exultat milicia in qua
patriarcharum veridica et abdita con-
plentur misteria in qua prophetarum
pandantur vaticinia in qua gaudet
sponsa. De qua ortus est sol iusticie
ad tergendas tenebras peccatorum
nostrorum. Omnes igitur qui convenimus ad
hanc sacram virginis festum tam dominus
sensibus corporis et anime exigamur
hodie in domino gaudeamus. Tercia
omnis redemcio venit. Nam in istius
virginis concepte descendit ille qui
salvum facit populum suum a peccatis
eorum cuius salutis participes nos faciat
deus per secula benedictus. Amen.

Sequitur Sermo de sancto Thoma

Cum sero esset die una sabbatorum et fo-
res essent clause. Johannis xxo. In pre-
senti evangelio mencio fit adventus cristi ad discipulos post
resurreccionem. In hoc autem tempore reco-
litur adventus cristi ad nos per incar-
nacionem et per gracie inspiracionem ut
ergo ipsum venientem ad nos tam per
incarnacionem quam celestem inspiracionem
seu infusionem gracie digne recipere
valeamus. Nos ipsos preparare et abili-
tare debemus. Si enim in nobis pre-
cesserit preparacio et humilitas tanto in
nobis magis utilis erit eius adventus.
Ista autem duo scilicet preparacio et humilitas
experte nostri et utilis exspectacio
ex presenti evangelio colligi possunt.
Primo preparacio et abilitas nostra colligitur
ex verbis que in principio ewangelii exprimuntur.
Dicitur enim quod erant sero una sabbatorum
fores clause et discipuli erant congregati
et erant in timore constituti propter metum
iudeorum. Ad tales ergo venit ihesus scilicet ad
serotinos quietos clausos congre-
gatos timoratos. Ex hiis quinque col-
liguntur que ad ipsius adventum co-
gnoscendum et capiendum nos abilitant et di-
sponunt. Primum est meditacio brevitatis
vite et mortis. Quod notatur cum dicitur sero.

Uel sabbato namque breuitas uite
vel mortis intelligitur. Septima feria est
finis dierum. Vnde .i. feria sexta septima dicitur
et homo in domum suam ingreditur
et ab operibus suis vacat. Sic
morte huius vite finitur. Ecclesiastici xx
vio. Super mortuum plora defecit
enim lux eius homo in domum sue
eternitatis ingreditur. Ecclesiastici xiio.
Vacat homo in domum eternitatis sue.
Et in omnibus operibus quiescit.
Apocalipsis xiiii. Amodo iam dicit
spiritus ut requiescant a labo-
ribus suis. In tali igitur sabbato i.
meditacione mortis vel sui manife-
stat et sibi venit quod figuratur Ge-
nesis xviiio ubi dicitur quod rex qua
si ostium obumbraret domus. Iacob
apparuit. Unde obumbratus seculo
in sine vite sue tenebris. In memoria
enim talis obumbratus propter inte-
ritus domini adveniet et apparet.
Memoria enim mortis causat in nobis
puritatem. Ecclesiastici viio. Me-
morare novissima tua et in eternum
non peccabis. Causat et humilitatem.
Ecclesiastici xo. Unde superbis terra et
cinis. Ambrosius super hexameron
respice in sepulcra hominum et unde
Unde extremis cinis et ossa rema-
nebunt. Respice inquam et dic mi-
chi quis dives quis pauper sit. Nul-
la discrecio inter cadavera mortuorum
nisi quod gravius fetent corpora di-
vitum distenta luxurie. Libenter
autem homo convenit ad domum illam
ne quam mundiorem invenit et in qua
honore recipit. Memoria autem mortis
cordis domum mundat quia peccatis
mundatur facit et istum honorat quia
humilitatem inducit que vero honore
facit. Ecclesiastici 3o. Ab hominibus ho-
noratur. Igitur memoria mortis
cor nostrum ad recipiendum Christum disponit
quia cor mundat per puritatem et que Christum
honorat per humilitatem. Secundo qua
bilitat et disponit seu preparat
nos ad congrue recipiendum eius ad-
ventum est tranquillitas mentis quod
notatur in hoc quod dicitur. Erat sabba-
tum quod requies interpretatur. Non
enim potest recipere adventum Christi per

gratiam nisi habeat tranquillam mentem.
Osee io. Ducam te ad solitudinem
et loquar ad cor eius. Treno. iiio. Bonum
est prestolari cum silencio salutare
domini. Hinc est quod filii Israhel non po-
tuerunt recipere manna quousque mare
rubrum transierunt quia nullus sentit
recipere divine dulcedinis nisi prius
a se expellat omnes mundi fluctua-
ciones. Hinc dicitur alibi. In Regum
xvii. Cum enim fuit helias in deserto
pascebatur a deo mane et vespere
pane et carnibus. Postquam autem se ad
civitatem transtulit vix modicum panis
et aque habere potuit quia homo
quamdiu statum quietis habitat deus
sibi consolaciones celestes plures ad
ministrat cum autem tumultuosis cogita-
cionibus tollitur vix modica consola-
cione divina consequitur. Hinc est etiam
quod apostoli receperunt spiritum sanctum in pe-
ntecoste i. a peccatis superfluis nego-
ciacionum secularium quiescentes. Seneca
epistola 2a dicit. Primum argumentum con-
positeque mentis existimo posse consistere et secum
morari. Ambrosius de fuga seculi. Qui
cum sit solus otiosus dicitur. Tunc otiosus deus
est nil agit orat nisi deum. Tercio
est quod nos disponit ad recipiendum
adventum Christi custodia domus exterius
quod notatur in hoc quod dicitur fores essent
clause. Debent enim teneri fores sen-
suum exteriorum clause ut ne per eas
cor non ingrediatur quod sine pec-
cato et per ianuas clausas ad illos in-
travit. Spectat autem ista fores sunt
claudende que magis sunt periculose
sunt visus auditus et os. Deus
enim posuit in domo cordis thesaurum
preciosum. Et ideo si fores fuerint
aperte fur i. dyabolus ingreditur
et thezaurum furatur. Ille scilicet fur de
quo Zacharias viio. Fur ingressus est
spolians latrunculus foris. Thezau-
rus autem est ille de quo dicitur i Corin-
thiiio. Si quis superedificat super funda-
mentum hoc aurum argentum. Vel la-
pides preciosos etc. Per argentum intel-
ligimus litteras. Nam in scriptura sanguinem
eloquia argentum sunt fulgidum i. ad
integras lineas cingule. Sic et alia

Regum (margin, beside "In Regum")
Cum 6 (?) ... (margin note beside "mundatur facit")

humilis vivit in conventu dei sit sple-
ndida tamen in conspectu suo est despecta
Cant. i. Nigra sum sed formosa filie
Jerusalem. Per lapidem preciosum
intelligitur castitatis margarita. Sic
enim margarita generatur ex rore ce-
lesti sic castitas non habetur nisi a
deo Sapie. viii. Non possum esse
continens nisi deus dederit. Tercio
per aurum intelligitur caritas Apoc.
iii. Suadeo tibi emere a me aurum
ignitum. Iste thezaurus homo effi-
citur dum quantum ad deum per humi-
litatem ad seipsum per castitatem ad
proximum per caritatem. Eva contempnit
apertum hostium auditus quia verba
serpentis audivit. Et ideo fur in-
gressus est per auditum et furatus est
scilicet argentum humilitatis quia deum
superbivit Gen. iii. Eritis sicut dii usurpare
voluit. David tenuit apertum ho-
stium visus contra illud ii Regum xi.
Bersabee lavantem se super murum
aspexit et ideo fur ingressus est per
visum et furatus est ei margaritam
castitatis. Tercia in adulterium cecidit
peccato in homicidium. Petrus tenuit
hostium oris apertum quia Christum nega-
vit. Et ideo fur ingressus est per os
et furatus est illi thezaurum caritatis
quia exhinc fidem et caritatem amisit. Idem
propheta conqueritur Ieremie ix. Ascendit
mors per fenestras meas. Ideo porte
et fenestre sunt claudende. Nam audi-
tui apponenda est sera. Ori statera.
visui et cordi pactus mutua. Spine
sunt prohibentes dure et pungentes
que detractoribus et maliloquis se
fraude. Prov. xxv. Ventus aqui-
lo dissipat pluvias et facies tristis
linguam detrahentem. Statera sunt
verba librata et ponderata. Eccl.
xxi. Verba prudentium statera pon-
derabuntur. De hiis duobus Eccl.
xxviii. Sepi aures tuas spinis
et noli audire linguam nequam. Eccl.
et verbis tuis facito stateram.
Per quinque enim sensus corporis fit in-
troitus viciorum ad animam. Ieremie
per quinque sensus quasi per quasdam fene-
stras vicia ad animam introeunt.
Nam sensus corporis sunt quasi
racionis directiva anima in aliis

que mediante conveniat oriente. Ocu-
lis autem et cordi est pactus faciendum mu-
tuum. Job xxxi. Pepigi fedus cum
oculis meis ut nec cogitarem quidem
de virgine. In sanctis enim viris cor
facit pactum cum oculis quia cor ad
nulla creata viciata dirigit et o-
culi faciunt pactum cum corde quia
sibi viciata representant. Quarto dispo-
nere nos ad congruentem receptionem
ipsius adventum est unitas congre-
gationis quod notatur in eo quod erant
simul congregati. Venit enim Christus
ad illos qui sunt congregati corde
et uniti mente. Mathei xviii. Ubi
duo vel tres in nomine meo fuerint con-
gregati ibi sum ego in medio eorum. Et
dicit Glosa quia quantumcumque sint numero
dicuntur esse uniti in tribus in fide cari-
tate et operatione. Sancti enim uni-
ti sunt sicut diversi radii in uno sole
id est in una fide. Sicut diversi rami
in una radice id est in una caritate. Sic
diversi rivi in uno fonte id est in fecundo
opere. Quintum est timor quod notatur in
hoc quod dicit propter metum Iudeorum. Deus
enim venit ad timoratos quod innuitur
Gen. xxxii ubi petivit Jacob dicens
Domine eripe me de manu fratris mei
quia ipsum valde timeo. Deus ad
eum accessit et confortavit. Timor
enim generat sancta desideria sancta
suspiria et bona opera. Ysaie xxvi.
A timore tuo domine concepimus et quasi
parturivimus et peperimus spiritum salutis.
Per timorem enim concepimus sancta de-
sideria. Parturivimus sancta suspiria.
Et parimus bona opera. Deus autem
venit ad desiderantes. Sapie. vi.
Preoccupat qui se concupiscunt ut
illis se prior ostendat. Et Aggei
ii. Veniet desideratus cunctis gentibus.
Venit ad suspirantes. Exodi iii. Vidi
afflictionem populi mei et sciens do-
lorem eius descendi ut liberarem eum.
Ps. Propter miseriam inopum et gemitum pauperum
nunc exsurgam dicit dominus. Venit
ad operantes et mandata dei custodientes.
Iohannis xiv. Si quis diligit me ser-
monem meum servabit et pater meus
diliget eum et ad eum veniemus
et mansionem apud eum faciemus.
Ex hiis igitur habemus quod dispo-
nimur ad receptionem adventus Christi
scilicet memoria mortis. Tranquillitas
mentis. Custodia domus. Unitas
congregationis et timor. Et quia depo-

|| et cui non fiunt hostia et seras auribus tuis

Secundo scilicet voluntas ex parte ad
ventus Christi que in hac oracione
impletur notari colligitur ex quinque.
Primo in medio stetit, pacem attulit, in-
firmum Thomam in fide sanavit,
fidem habendam ammonuit. Et
ante adventum Christi homo erat
inordinatus, deo inimicus, mortu-
us, infirmus et cecus. Primo erat
inordinatus quia nullum ordinem
modum vel medium tenuit. Non enim
servabat medium virtutum videlicet
medium fidei quia habebat aut infidelitatem. Non
credendo credenda aut nimiam le-
vitatem credendo non credenda. Nec me-
dium spei. Nec medium spei quia aut
habebat nimiam presumpcionem aut
desperacionem. Nec medium caritatis quia
id quod erat diligendum plus dili-
gebat aut minus. Nec medium prudencie
quia aut habebat stoliditatem
aut dolositatem. Nec temperancie quia
sequebatur voracitatem aut gulositatem.
Nec fortitudinis quia aut habe-
bat temeritatem aut pusillanimi-
tatem. Nec iusticie quia sequebatur
aut crudelitatem aut nimiam remissionem.
Nec servabat medium in opere quia non
declinabat ad dexteram per super-
biam in prosperis neque ad sinistram
per impacienciam in adversis. Per hoc
ergo quod Christus stetit in medio statuit medium in om-
nibus nos servare debere. Nam si corde
de in cithara nimis tenduntur rau-
ce sonant. Si amplius tenduntur
tunc franguntur. Si medio modo dul-
cem sonum porrigunt. Secundo homo
erat deo inimicus. Ideo Christus venit et
nos reconciliavit dicens: Pax vobis.
Roma v°. Cum enim essemus inimi-
ciam. Sectatores quia avaricia est ydolorum servitus
ad Collocenses v. Omnis enim talis
dicitur avarus qui plus cupit tempora-
lia quam celestia. Et quamdiu hic sit
non potest salvari. Nam dicitur Ecclesiastici xx-
xi: qui aurum diligit non iustificabitur.
Et prover. xxviii: qui festinat
ditari non erit innocens. Et Ecclesiastici x:
Nichil est nequius quam amare pecuniam;
hic enim animam suam venalem habet.
Ad quam detestandam ammonet nos
beatus Augustinus dicens: Nomine morte transi-
erunt omnia tanquam umbra. Nichil in-
tulimus in hunc mundum, sed nec quicquam
inde nobiscum tollemus; quia si ali-
quid nobiscum tolleremus. Nonne
omnes honores honores vocaremus.
Et dicit Crisostomus: hec avaricia con-
cupiscencie. Cum ipse belue non ha-
beant. Timent enim rapinam quam esuri-
unt. Parcunt vero prede cum satura-
te sunt. Inexplebilis est ista avaricia
divitiarum. Semper rapit et numquam satia-
tur, nec deum timet nec homines veretur.
Nec patri parcit, nec matrem agno-
scit, nec fratri obtemperat, nec ami-
co fidem servat. Viduam opprimit, pu-
pillorum rem invadit, liberos in servitu-
tem redigit, testamentum prolongat.
Nos mortem occupat quod et ipse qui
hic sciat non moriatur. Tunc est g°. ta
infamia amittere vitam appetere mor-
tem, acquirere aurum et perdere celum.
Sed quia non cogitat de hoc, ideo in mor-
te recipiet iudicium sicut dictum
est diviti: Recordare quia recepisti bona in
vita tua et Lazarus similiter mala. Nunc
autem hic consolatur, tu vero crucia-
ris. Et beatus Bernardus in sermone
[illegible] dicit: filii Adam quid vobis
cum divitiis terrenis, que nec ve-
re nostre sunt. Aurum et argentum
vera terra rubea est et alba, quam
qua solus error hominum facit aut magis
reputant preciosa. Denique si ve-
stre sunt, tollite eas vobiscum. Sed
quia nobiscum tollere non possumus, et
de divitiis nichil vobis terrenis di-
vicie perdere possunt; regnum non
possunt ut dicit Sanctus Thomas.
Tercio pueri non devii servant na-
turam, capillacionem enim scolares multo

osculantur. Ita patet ea ponunt vel
cisci. Sic et nos de cordibus nostris
tenemur dimittere offensas nobis
illatas. Item si pueri offenduntur, si in-
gruenti ita non repulleriunt a patre
vel matre et sicut iustitie complemen-
tum petit. Sic et nos. Tercio quarto
pueri non sunt invidi. Non invidiam ga-
existens pro invidia aliis. Sic et
nos non sunt avari. Non sunt in
mundi thesauros diligunt. Non
sunt dolosi. Non sunt rapidi. Et
timidi et inferiores. Unde videns
inter eos flere vel tristari plorant
vel tristantur cum eis. Que omnia
nos facere debemus si innocentiam
observare volumus. Sed si eam per-
didimus quomodo ad eam pervenire possumus?
Certe via invenitur in evange-
lio cum dicitur angelus domini appa-
ruit in sompnis Joseph dicens: Surge
et accipe puerum et matrem eius et
fuge in egiptum et esto ibi usque ad
obitum Herodis. In isto verbo
notatur via que loquitur iter ad re-
cuperandum innocenciam sine qua
nullus potest salvari. Nam licet hec
quam sompnium videatur iuxta illud psalmi:
Dormierunt sompnum suum et nichil
invenerunt omnes viri divitiarum in
manibus suis. Sicut enim homines de-
lectantur in [illegible] oculos
et omnes sensus claudunt ad fu-
tura et quiescere volunt talibus
contenti et patet nichil inveniunt. Er-
go divinam ammonicionem precedere
que dicitur surge et que erigeret
de stercore et de pulvere peccatorum
pauperem iuxta illud: Surge
qui dormis et exurge a mortuis
et illuminabit te Christus. Nam surge et
erigi abhyssus que maculant est
innocencie inimicus. Sed quo tenden-
dum est? patet quod homo surrexe-
rit certe in egyptum. Unde quibus
Certe cum Maria Joseph et puero.
Quantum vero tempus est moran-
dum? certe ad obitum Herodis.
Egyptus in qua est meror ex con-
sideratione criminis. In qua est pu-
dor ex confusione confessionis.
qua est labor [illegible] satisfac-
cionis. In qua sunt tenebre i. occul-

tacio intencionis sit status penitencie
que 2a post naufragium est 2a thabula
post naufragium in qua sicut bene
dicta specialis debet esse scilicet ma
ria i. mentis contritionis Joseph
i. augmentum contritum et puer
i. puritas confessionis quem non est non
aliud nisi innocencia restituta existen
tis penitentis. Sequitur in textu puerum et matrem
eius. Custodi innocenciam et vide
equitatem quia sunt reliquie homini
pacifico. Dimittas ut qui delecta
bantur de lectis. Item in desideriis
iactabatur se averteret ut in quo offen
dit recompensat et in vigorem
queratur ad eum conventum ut quot co
misit peccata tot de se faciat olo
causta. Hec equitas est custodia
que hec est innocentia hanc custodie
da est secundum augustinum. Sic extorquebatur
a de pabulo. Item hec est patrimo
nium ex quo pauperes fiunt divites cu
stodi hanc et inde delectationem
da et noli ad propria advertere.
Item hec duo reliquie sunt i. post
mortem remanebunt. Hoc est ex
emen cui benedixit deus. Nam
et qui let talis et si mortuus fuerit
temporaliter vivet tamen eternaliter.
Item secundo dicitur nisi Joseph quod esse ibi eo
nec spectate scilicet maria et puero
usque ad mortem quia cessabunt eos
impugnationes demonum. Tunc
ex Egipto penitencie et innocentie
ad quam sit sui regnare portabunt ad
terram Israhel que est terra vivo
rum eterne. Cum inquam nos par
ticipes faciat i. et ceteri. Amen

Secundus de eodem

Beatus augustinus
super illo psalmo
A domino gressus
hominis dirigentur
dicit sic. Multi sunt
qui a iuventute in
iuventute inceperunt deo servire qui
laborant in militia quos nec bella
gravant qui diuturna itinera tollerat
quos frigora comprimunt multe neces
sitates turbant pericula perturbant
aut mutant qui et vulnera sustinent
et in post tantos labores ad regnum
eternum pervenerunt. Ipsi autem innocentes

in exordio sue vite ad palmas per
venerunt. Pro quibus augustinus quodam sermo
ne hunc festum ubi dicit hos felices
natos quibus in initio nascendi ob
viavit vita eterna felicitati nati quia
primam primitiam acceperunt hanc lucem et
statim adepti sunt primam eternitatis
qui felicitate mortui sunt. Item ad e
ternitatem statim non dempstiam venit
etiam ad istum pervenerunt. Non
enim egressi sunt animas et iam pervene
runt ad coronas quinimmo et ad limbum
descenderant hec ille. Item non sunt
passi voluntarie quia non dum ha
buerunt usum liberi arbitrii tamen
tamen propheta dicit Voluntarie sa
crificabo tibi. Item innocentes multas
ecclesia laudat veneratur propter multas
prerogativas. Primo quia primi sunt
qui sanguinem pro cristo fuderunt
Beda vero vocat eos flores. Et apo
calipsis dicit Hi empti sunt et
primitie ex hominibus primitie deo et agno
quia sicut ex multis fructibus pri
mitie eliguntur sic ex multis isti sunt
electi. Secundo quia passi sunt non
solum propter cristum sed et eciam in cor
passione patiebatur tamquam in mem
bris suis. Sicut dicit Bernhardus
in loco qui dicitur Stimulus dilectionis
Tenella hec tua triste infancia a per
secutori gladius tota non fuit Adue
enim inter dulcia matris dependen
tis quia angelus apparuit in som
nis Joseph dicens Surge et accipe puer
um Joseph et matrem eius et fuge in egiptum
et esto ibi quousque dicam tibi
futurum est enim ut herodes querat
puerum ad perdendum eum. Iam ex tunc
o bone ihesu cepisti non solum ante
illam infanciae tue vexatione in corpo
re tolerasti sed et mortem in parvulis
tuis quorum multa milia inter mamillas
matrum pro te herodis trucidavit
immanitas. Hec ille. Item ex quo propter
herodes trucidando pueros querebat
mortificare cristum inter eos putans
cristum ad hoc venisset eum de solio
regali detruderet et caput suum terreo
dyademate coronaret et gloriam eius
invaderet et ut ei regnum eripet. Sed
dicit augustinus Non venit cristus ut di
gnitates raperet sed ut iniurias et con
tumelias sustineret. Non ad hoc venerat
ut caput suum dyademate terreo coro

narret Sed ut id ad coronam pertineat
appareat ideo venit ad hoc ut ex acceptione
regni terrestris redderetur magnificum
sed ut crucifigeretur illusus. Hoc ille i-
gitur sunt pueri passi propter cristum
et quod in eorum morte mortis cristi gere-
bant. Isti ergo poterant occidi et
debebant in figuram et signum illius
quia cristus natus pro quo ipsi mor-
tui sunt debebat occidi. Dedit
ergo istos in figura mortis cristi. Sed
cristum occidere non poterat quia non-
dum erat mortis genus quod debebat
enim crucifigi prout prophete premu-
nicaverunt et ostenderunt figure
Sed quod cristus evaserit in istorum
occisione declarat ewangelium dicens
Angelus domini et creditur fuisse
sanctus Gabriel qui marie annunciavit incar-
nationem filii dei et modum expressit
et declaravit hoc fieri possibile exemplo
Elizabeth sterilis hic igitur angelus
domini apparuit Joseph qui fuit pro-
sus virginis et sponsus et custos huius
admirabilis pueri. Sed cum dicat ewan-
gelium in sompnis Quando prout dicit
Policraticus libro iiº capitulo xiiiiº Ra-
tio revelat abstractionis virtutem ani-
malium et exteriorum sensuum corporis
liberantis veritatis intuitum Sed quid
in hac apparitione perfecit sequitur
Cum dixit ei Surge et accipe pu-
erum scilicet toti mundo natum et datum
et matrem eius veram et naturalem
et fuge in egyptum Futurum enim est id
declarans quod deus hoc manifestavit
Cum scilicet herodes scilicet rex iniquus et
scelerassimus qui iam odium gerebat
contra puerum aut eius excellenciam que-
rat puerum ad perdendum eum Sed non
inpetravit Juxta illud queretis me et
non invenietis et in peccatis vestris
moriemini Et sequitur qui consurgens
accepit puerum et matrem eius nocte
et secessit in egyptum et erat ibi usque
ad obitum herodis Fuga ista pro-
ut dicit Glossa non est pusillani-
mitatis Dequa illud Fugit im-
pius nemine persequente non fra-
gilitatis ut helias fugebat Jesa-
bel non destructionis Dequa illud
Si vos persecuti fuerint in una civi-
tate fugite in aliam Sed erat pote-

statis et dispensationis Dicit
enim Augustinus quod eadem potestate et dispensa-
cione pependit in ligno qua la-
tuit in Egypto Vidit ergo cristus
lupum rapacem non latebant eum
insidie herodis Vidit quod innocentes
suas vincere debuit et tamen sed
in figura oves non deseruit quia
omnes martirio coronavit prout
dicit Zepherinus papa in sermone
Cristus non deseruit suos mili-
tes sed provexit quibus dedit
per aetatem pharetre quem loqui quod
fecit capere sine certatione victo-
riam quos donavit coronis an-
tequam membris Hos voluit vicia
virtutibus preterire ante celum
possidere quam terram premisit
ergo xpus suos milites non omisit
Recepit suas acies non relinquit
et ffuget autem in egyptum propter
verificationem prophetie Sic enim dictum
est a domino per prophetam dicentem
Ozee xiº Ex egypto vocavi filium
meum Item propter figuram futuri
eventus significabat enim quod peccata
despiciens iudeos fides sua debuit
venire ad gentes per predicacione
apostolorum Et ad declarandum
quod late possumus inter malos et
ad ostendendum inimicorum pietatem
Semper enim egyptus iudeis erat ini-
mica Sequitur tunc herodes videns
quod illusus esset a magis Et Illusio
sine derisio secundum beatum Thomam
sonat in dehonoracionem sine contemp-
tum Et tanto gravior est illusio
quanto gradus reverencia debetur perso-
ne que illuditur Gravissima ergo est
illusio dei cum sequitur illusio regis
qui locum dei tenet in terris Hero-
des iratus ut dicit Glossa intollera-
biliter Iste enim pueri natum turba-
tus iram accumulavit ex illusione
regum Nam ut dicit Crisostomus super
Math nimis irascebatur hoc quod
ipse sedens in trono regali magos
placare non potuit et parvulus
in presepio iacens iam eos imperio
suo subiugaverat Ideo forsitan
talia dicebat apud se secundum Crisostomum

Crudelis est puer iste qui deinde
nascebatur in terra et unde in primo
inter eam [?] Et ideo quia
magi vero ad eum non fuerant
reversi maximum concepit dolorem
putans se et ab eis contemptum
Iratus est ergo valde non tunc omni
ad eum non fuerunt reversi Dicit
enim gloza ordinaria verisimile
est quod cum Herodi nichil fuisset re-
nunciatum a magis credidit eos
fallaci stella fuisse deceptos Unde
licet se putavit contemptum ut fuit
commotus ad iram et ita quievit ab
inquisitione pueri Unde et Augustinus
dicit Tempore medio facta est
purgatio Marie et presentatio
in templo et oblatio pro eo in lege
ubi ut quod Lucas scribit Symeon
magnalia dei de puero dicebat et
Anna de puero et matre prophe-
tabat Divulgatis igitur hiis que
in templo facta fuerant Herodes
sensit se a magis fuisse illusum
et in mortem Cristi properans occi-
dit pueros Crisostomus dicit Sicut fe-
ra pessima habens nullam asperi-
tatem si fuerit vulnerata nullam
crudelitatem duplicat ira doloris et
quasi ceca furore non aspiciat iam vul-
nerantem sed quicumque ei occurrerit
eius occurrerit sive homo sive aliud
aliquid auctorem sui vulneris dila-
niat Sic et ille delusus magis iram
suam super parvulos effundebat Nam
mittens occidit id est occidi fecit omnes
pueros qui erant in Bethlehem
et in omnibus finibus eius a bymatu
et infra secundum tempus quod exquesierat
a magis [illegible] inveniendo dicit
Crisostomus quid agit insensata ira tua
Herodes si non credis [illegible]
[illegible] inde in primo sermone
Ex quo patet quod peccatum ire in rege
vel in aliquo potenti est intollerabile
Ratio quia eam sequitur vindicta
Sicut dicit Gregorius Et Salomon
dicit Ira regis est nuncius mortis
Unde ponit Gregorius [illegible] peccata
regis primo fuit precepit aliquid
quod religiosum [illegible] non potest Secundo
si permittit aliquid fieri quod urget
in iniuriam innocentis Tercium

Si quorumcumque ulacione [?] permittit
sua terra maculari que omnia
[illegible] in occasione infantum
in Bethlehem et in omnibus finibus
eius Dicit Augustinus quod hoc fecit He-
rodes ex ambicione et presumpcione
que ex concessis progreditur
ad maniaca [?] factum existens rex
terrenus regnum [illegible] celo-
ste in dominica [?] venit pietate pro-
sequitur Ferrum immittit sanguine
et aliorum cedibus nititur vitam propriam
conservare Sed unde ad hanc devenit
insaniam ostendit Augustinus dicens
sat natum regem et quesierat ubi
et quomodo natus esset Sed unde et ad quid
et qualiter natus fuerat non cessavit
Si enim quesivisset unde natus inve-
nisset quod non ex semine sed ex pura
virgine Si quesivisset qualiter inve-
nisset quia innocentia et anima sine
culpa sua et in eis eo quod natus est in
sanctitate et integritate et sine cor-
ruptione Si quesivisset ad quid
invenisset quod ad querendum et salvum fa-
ciendum quod perierat Sed quia aperit
enim ut dicit Augustinus Non manebat
timor peccandi nec amor innocentie
Et ideo tamquam ille qui designatus
est ad stellam veniens [illegible] regnum
Tamquam ab innocentia non quievit et ex
inde fecit occidere omnes pueros ut quod
natus est non effugeret Dicit Gloza
Non quidem contentus statione Bethlehem
sed adiacentia loca vastavit nec eta-
ti pepercit quia a filio unius noctis
ad filium duorum annorum omnes occidit
Dicit Crisostomus sicut unum invenire idem
sed nec unum invenit in omnibus
Et ita eius iniquitas prestitit omnibus
[illegible] illo Unde quod fit tota lacte
non timent et natus est Sed et gloza
postea et quia et dicit anatum te
tristi Causas dilationis exprimit gloza
quas supra [?] Et hec occasio primo
gloza prosequitur figuram exprimit
eum martirium qui non tantum in ludea
sed alibi passi sunt Unde per nativi-
tatem futuram figuram quod omnes marti-
res fuerant puri et innocentes et par-
vi occiduntur quod humiles fuerunt ad
significandum quod per meritum humilitatis
ad martirium gloria pervenitur Et
quod in [illegible] fuerit conversio

et efficiatur ut parvulus non potest
animam dare pro christo. Et ab ymaturi-
gina ex hiis duobus scilicet ex doctrina
et operatione fuerunt perfecti. Et infra
dicit sunt. Etenim multi eorum erant
simplices et ydiote tamen fide non
ficte et in constancia fortes quam ante
ipsi corpus sunt et christus vivus cruci-
fixus innuunt quod corpora abrumpere peri-
mi possunt sed cum christum pro quo
tota sunt persone nullatenus vel
ab viventibus vel mortuis auferre
re posset. Ostenditur quoque in hoc quod si-
vivimus domino vivimus sive mori-
mur domino morimur sive enim vivimus
sive morimur domini sumus. Hec Beda.
Hec plenum formam martirii ex-
presserunt sed eorum occasione pro-
phecia est impleta. Tunc enim adim-
pletum est id Ieremie xxxi. vox
i. clamor in Rama i. in excelso audi-
ta est ploratus quantum ad fletus par-
vulorum et ululatus mulierum scilicet matrum.
Etenim filii sentiebant primum dolorem patie-
bantur sed matres duplicem dolorem
habuerunt scilicet primum et alienum. In
martirio filiorum matres passe sunt. Ita
gladius filiorum perfossorum membra ad
matrum corda descenderunt. Dicit Crisostomus he-
rimus. Et iniquum est que fuerunt so-
cie passionis sint et consortes re-
gni celestis premii. Et subditur Ra-
chel plorans filios suos. Secundum quod Be-
da exponit Rachel significat eccle-
siam que de innocentium occisione membrorum
suorum gemuit et non in vacuum quia
gementibus viscera ad solium eorum po-
tenter ascendit. Gemuit ergo ecclesia
conditionem martirum. Etenim ita de omni
merito sumunt. Gemunt preces aspe-
riorum fide oblatione de hoc mundo
quia hinc mundi status sanctorum
est lucratum et non vult consolari
humana virtute consolatione certi-
tudine habens de gloria eorum. Unde
dicit Beda in matre ecclesia affe-
ctus devotionis pugnat cum fide.
Plorat ergo pietatis affectu sed ex-
ultat fide. Eleviunt enim lumina ecclesie
ex pietate flere non tamen humana
consolatione indiget. Et ideo sequitur
quia non sunt scilicet amplius ad hoc
seculum revocandi. Unde Beda. Et
noluit consolari ut qui seculum

morte vicerunt. Sanctis rede-
ant ad seculi certamina tollerandum
etiam semel seculi miserias eva-
serunt non debet iterum redire ad se-
culum sed magis sunt per christum
in celi gloria coronandi. Ad cuius
glorie perceptionem perducat nos etc.
amen.

Sermo de Circumcisione domini

Octavam dies hodiernus
est anni primum in ordine
ges et principes domini
et qui licet per familiarias
suis familiaribus bo-
dona libere consueverunt. Ita quod accedens
mioribus non minores maioribus ali-
quid libent sed tamen ad honores spectat
annunciare nomen anni. Salvator au-
tem noster ihesus christus in hunc mundum natus
velud rex et princeps et dominus
licet adhuc parvulus noluit quod ista
dies silendo preteriret quin munus
acceptabile et gratuitum suis fide-
libus tribueret. Signaretur ut tamen
autem hec sunt preciosissimus sanguis suus
quem in circumcisione hodierna die
pro nobis effudit. Presens igitur sollen-
nitas est compassionis et exultatio-
nis. Compassionis quidem quia ut
sic parvulus cum pro nobis carnem
sentire sustinuit. Cui compati debemus
vel patrem in canonica et isto in
carne passo saltem sit inicium com-
passio. Iste istud signum est amoris
unde Bernardus super omnia me tibi
ihesu bone reddit amabilem calicem quem bibisti o pie
ihesu opus nostre redemptionis mediante effusione
sanguinis et dei aspersio plena in pignus
morte redemptionis. Hec i. dies quam
fecit dominus exultemus et letemur
in ea. De hiis autem que pertinent ad
sollennitatem huius diei sit mentio
in ewangelio hodierno quod scribit Luce
ii.o in hec verba postquam consummati sunt
dies octo ut circumcideretur puer voca-
tum est nomen eius ihesus quod vocatum
est ab angelo priusquam in utero conciperetur.
In decem homo promptus est pro impetranda gratia
per ipsam sanctam virginem gloriosam salutemus
quia ut Athanasius dicit necessarium est
ad eternam salutem ut incarnationem
domini nostri ihesu christi unusquisque fideliter

Ista 27 aufert deus deus lacrimas ab oculis suis

credat. Est ergo fides recta ut credi-
mus et confiteamur quod dominus noster Ie-
sus Christus dei filius deus et homo est.
Sacramentum igitur dominice
incarnationis taliter manifestari
debuit quod veritas divine et huma-
ne nature cognosceretur. Unde ut dicit
Leo papa in sermone: veritas autem divine
ac humane nature cognoscende de Christo
requirebat ut de ipso cognosceretur
aqua ipsa deitati et aqua ipsa hu-
manitati. Prout factum est in nativi-
tate eius. Cantus enim Cantus
enim angelicus et splendor claritatis
nature ne deitati eius congruebat.
Sed quod involutus est pannis et in pre-
sepio positus humanitatem ipsius
demonstravit. Nam sicut in die nati-
vitatis ipsius veritas humane
nature assumpte debuit ostendi sic
etiam dictis et actibus sequentibus
propter quod octava die sicut ceteri
infantes iudeorum circumcidi voluit
et nomen prius impositum divinitus
hominibus manifestare. Ideo dicit
evangelium postquam consummati sunt
dies octo etc. In quibus verbis tria
tamen exquisite cognoscere possumus.
Primo celebritatem diei hodierne
primo octava nativitatis Ihesu Christi.
Unde dicit postquam consummati sunt
etc. Si enim aliorum sanctorum octava est
sollempnis quanto magis octava dies
sancti sanctorum est sollempnis. Secun-
do corporalis Christi circumcisio et san-
guinis effusio. Unde dicit ut circumcide-
retur puer etc. Hodie primum sanguinem
suum pro nobis incepit effundere quem
postea pluries effudit. Sicut in oratione
in flagellatione in crucifixione et
in lateris apertione. Unde exivit
sanguis et aqua. Sanguis in redem-
ptione et aqua in ablutionem criminum
nostrorum. Circa quod notandum quod Christus
voluit circumcidi licet non esset legi sub-
iectus nec ea indigeret. Nam circum-
cisio iudeis fuit data in remedium cul-
pe originalis. Item ad refrenationem
concupiscentie carnalis quia iudei ma-
xime ardebant. Christus autem conceptus
fuit de spiritu sancto sine omni peccato. Nec
aliquam concupiscentiam carnalem habuit
in corpore. Voluit tamen circumcidi propter
multas rationes. Primo ut ostenderet
in se veritatem carnis humane contra
Manicheum qui dixit eum ha-
buisse corpus fantasticum et contra Valen-
tinianum qui dixit eum attulisse
corpus de celo. Item ut ostenderet
se esse de genere Abrahe qui circumcisio-
nis mandatum accepit. Genesis xvii°.
Et qui primum accepit repromissionem
de Christo. Unde dictum est in semine
tuo benedicentur omnes gentes terre. Item
quod ut approbaret et compleret circum-
cisionem quam olim deus instituerat.
Mathei v°. Non veni legem solvere
sed adimplere. Quod fecit et instituit
baptismum qui est complementum circum-
cisionis. Circumcisio erat preparatoria
ad baptismum quia erat quedam pro-
testatio seu professio fidei Christi quam
et nos in baptismo profitemur et
habuit similitudinem cum baptismo quantum
ad spiritualem effectum baptismi. Sicut
enim per circumcisionem auferebatur
carnalis pellicula, Ita per baptismum
homo exspoliatur a carnali conver-
satione. Sic dicit Thomas in iii parte.
Item ut suo exemplo nobis
obedientie et humilitatis virtutem
daret. Observans legem cui non erat
subiectus et sine peccato existens velud
peccator legi se subdidit. Item ut ca-
stitatem commendaret quod est in circum-
cisione actus illius membri. Item
ut qui in similitudinem carnis peccati
venerat non erat in carne peccati re-
medium quo caro peccati mundari con-
sueverat non contemneret. Item ut legis onus
in se suscipiens alios a legis onere
liberaret. Ad Galatas iiii°. Misit deus
filium suum natum ex muliere factum sub
lege ut eos qui sub lege erant redi-
meret, id est eos qui sub lege positi legis
onera portare non poterant sua con-
fessio passione liberaret. Et de servi-
li conditione que sub lege erat ad re-
ceptionem adoptionis filiorum que erat
per gratiam sua largitate reduceret.
Suscepit ergo in carne circumcisionem
legis circumcidatur in carne ut qui erat
sub lege redimeret. Propter hoc enim nos
non tenemur circumcidi. Immo debemus
sub pena damnationis eterne. Nam
dicit apostolus ad Galatas v°. Ecce
ego Paulus dico vobis quod si circumci-
damini Christus vobis nihil proderit. Spiri-
taliter tamen circumcidi debemus in omnibus

Lc 2 Circumcisio est triplex videlicet in manu facta et cetera vide
col. 1 eadem fo. et circumcisio cordis consepulti ei in baptismo

nominibus meis. Si volumus ad terram
promissionis venire. Unde Origenes
omelia prima in Josue dicit. Trans
isti mare rubrum. Scriptis et moysi pre
cepta. Mandata legis observanda
iam te a moyse suscepit Jesus qui te
ex eo circumcidat in loco qui dicitur
collis preputiorum. Circumcidendum
igitur tibi est non solum ydolorum cul
tus quem in egypto abiecisti sed omnis
tibi elacionis circumcidenda est que
est ydolorum cultus. Denique et ea circum
cisione populum circumcidens dicit
Hodie abstuli a vobis obprobrium e
gipti. Quamdiu peccamus quamdiu
in nobis regnant vicia passionum.
Et si derelinquimus simulacris abscessis
se inde ex egipto obprobrium tamen
egipti non est ablatum a nobis. Sed si
ego hanc veram circumcisionem acceperimus
viciorum et abscideris a te omne vicium
ire superbie invidie libidinum avaricie
iracundie iniquitatis ceteraque similia
tunc a te egipti auferentur obpro
bria et translatus in terram promis
sionis hereditatem regni celestis accipi
es per verbum ihesu christi. Secunda
ut secunda circumcisio magis apte pa
teat dicit Origenes omelia in a super ge
nesim. Vos populus dei et populus
in adquisitionem dei ad enarrandas
virtutes domini suscipite dignam
circumcisionem verbi dei in auribus
vestris et in labiis et in corde et in pre
putio carnis vestre et in omnibus mem
bris vestris. Circumcise sint aures
vestre secundum verbum dei et vocem non
recipiant obtrectantis i. detrahentis
ut maledicti et blasphemie verba
non audiant ut falsis criminationibus
et irrisionibus non pateant. Repleantur
et clause sint ne iudicium sanguinis
audiant aut impudicis cantibus
et theatralibus sonis ne pateant
nichil obscenum recipiant sed ab omni
obscena corruptione aures sint. Hec
est circumcisio qua ecclesia christi aures filiorum
circumcidit in sanctum. Iste credo sunt
aures quas in auditoribus suis do
minus requirebat dicens. Qui habet aures
audiendi audiat. Nemo enim potest in
circumcisis auribus et immundis

munda verba sapientie et veritatis au
dire. Veniamus et ad labiorum circumci
sionem. Ego puto quod incircumcisi
sunt labiis qui non dum cessant a stul
tiloquio et scurrilitate qui bonis detrogant
qui emulantur proximum qui instigant
lites qui calumniantur movent questiones qui
falsa loquendo discordias con
ficiunt qui vana inepta stulticia scur
rilitatem impudica turpia iniurio
sa proterva blasphemia et alia
que indigna sunt christiano ore pro
loquuntur. Si quis vero ab hiis om
nibus continet os suum et disponit
sermones suos in iudicio verbositatem
reprimit linguam temperat verba
moderatur iste merito circumcisus
labiis dicitur. Sed et qui iniquitatem
in excelso loquuntur et extendunt
in celum linguam suam sicut sancti ante
hebrei incircumcisi labiis
dicendi sunt. Circumcisus vero est
et mundus qui semper verba dei loquitur
et sanam doctrinam evangelicis et aposto
licis munitam regulis profert. Hoc ergo
modo et circumcisio labiorum datur
in ecclesia dei. Nunc vero iam pollicita
tione tertia quomodo et carnis circum
cisio suscipi debeat in ecclesia membris
inquisitio stat. Quod preputium modo est officiis
quibus naturalibus cogitur et quam omnes
describere nemo est qui dubitet. Sed
quis ergo circa huiusmodi motus
non importunus existat nec statutos
legibus terminos supergrediatur. Nec alienam
feminam sed legittimam nomine coniugii
et in ea quoque ipsa posteritatis tantum causa
et legittimis temporibus agat. Iste
circumcisus preputio carnis sic dicendus
est. Qui vero in omnes omnem lasciviam
promit et per diversos et illicitos
passim provolvitur amplexus atque li
in omnes libidines (?) ingurgite
fertur in ...ribus. Iste incircumcisus
est preputio carnis. Sic vero ecclesia
carnis sive per graciam eius qui parvu
lus iam circumcisionem natus est (?). Non solum ad illi ab
citis nec nephandis ab illicitis vel ab
... et concessis temperat. Sed tanquam
virgo sponsa christi caste et pudicabundus
vivit pudicis ... in
quibus vera circumcisio carnis

priusquam facta est et que te spectaverunt
Deus et te scientibus eternum in eius circum-
ne scrutatur. Sup est nobis designa-
re circumcisionem cordis. Si quis est
qui ob scientiis desideriis et sordidis
cupiditatibus carebit et ut breviter
dicam, qui mechatur in corde, huic
incircumcisus est corde. De quo non
potest dici: Beati mundo corde quoniam ipsi
deum videbunt. Ego vero audeo ex
similia prophetici vocabulis
addere quia sicut est in auribus
et labiis et corde et carnis preputio
circumcisio ea que supra diximus circumcidi.
Ita fortassis et manus nostre forte
indigent circumcisione et pedes et
visus odoratus et tactus, ut enim
perfectus sit homo deo in omnibus
cuncta circumcidenda sunt membra,
manus quidem a rapinis a furtis a
cedibus, et ad sola opera dei pande-
da. Circumcidendi sunt pedes ne
veloces sint ad effundendum sanguinem
et ne intrent in consilium malignantium
sed currant pro mandatis dei adimplendis
Circumcidantur et oculi ne concupi-
scant alienum ne videant mulierem
ad concupiscendum. Cum enim erga
feminarum formas lascivus et curiosus
et curiosus oberrat aspectus iste in-
circumcisus est oculis. Sed qui est ob hoc
manducat sive bibat sicut apostolus
precepit ad gloriam dei manducat
et bibit. Iste circumcisus est gustu.
Cuius autem venter deus est et sua-
vitatibus gule deservit
in his magis circumcisus dicerem gu-
stum. Si quis odorem carpit bonum ca-
pit et in operibus misericordie
odorem suavitatis requirit huius cir-
cumcisio est odoratus. Qui vero pra-
vis unguentis delibutus incedit iste
incircumcisus odoratu dicendus est.
Sed et singula quoque membrorum si in
officiis mandatorum deserviant cir-
cumcisa dicenda sunt. Si vero ultra
prescriptas sibi domini leges lux-
uriantur incircumcisa reputanda
sunt. Et hoc puto esse quod apostolus di-
cit: Sicut exhibuistis membra ve-
stra servire immunditie et iniquitati ad ini-
quitatem, ita nunc exhibete membra
vestra servire iustitie in sanctificationem.
Hec ille. Et hec de primo et secundo.

Tercio in ordine notari nomen et sa-
lutiferi nominis impositionem, quod vocatum
est nomen eius Ihesus. Quod est nomen tale
quod preter illud non est aliud sub celo
in quo oporteat nos salvos fieri. Quod
quidem nomen secundum Bernardum est mel in
ore, melos in aure et iubilus in cor-
de. Item idem: Fons medicinalis huius
nomen dulce, nomen delectabile, et nomen
sanctum, ipsa conformans peccatorem. Unde
Bernardus super Cantica sermone xv°: Quid
ita exsiccatos recreat sensus, virtutes
roborat, vegetat, mores bonos
atque honestas castas fovet affectiones?
Sicut hoc nomen Ihesus. Quid dicam? Et sub-
dit ibidem: Aridus est omnis cibus
animi si non isto oleo infundatur; insipidus
est si non hoc sale condiatur. Si scri-
bas non sapit michi nisi legero ibi
Ihesus. Si disputes aut conferas non
sapit michi nisi sonuerit ibi Ihesus. Et
ideo Augustinus libro meditationum talem gemi-
tum imploravit hoc nomen dicens: Ihesu propter nomen
tuum fac michi secundum nomen tuum. Ihesu obliviscere
superbum provocantem et respice
miserum invocantem. Et nota est enim id
nomen Salvator. Ideo propter te, Ihesu, esto
michi Ihesus. Noli, domine, noli sic attendere
malum meum ut obliviscaris
bonum tuum. Si ego amisi unde me
damnare potes, tu non amisisti
unde salvare soles. Si enim tu a te
meam ademi. Nunquam tamen miseri-
cordiam tuam perimi. Verum est quia con-
scientia mea meretur damnationem et
penitentia mea non sufficit ad satis-
factionem. Sed certum est quia miseri-
cordia tua superabit omnem offensionem.
Igitur propter magnam misericordiam
tuam miserere mei. Hoc igitur nomen scilicet Ihesus
hoc est Christus impositum est in circumcisione
et valde convenienter hoc nomen
Ihesus impositum est Ihesu in circumcisione.
Ihesus enim ut dictum est interpretatur
salvator et quia tunc optime
salutem incepit ideo tunc tale nomen
impositum fuit. Sicut nunc autem im-
ponitur nomen quando baptizatur, ita tunc
cum circumcidebatur. Nec tamen enim a deo di-
gnius est vocari aliquo nomine antequam
sit baptizatus. Et hoc propter tria. Non
enim pertinet ad notitiam eorum quod secundum Ysidorum
sit ethimologiam talis imponitur nomen
dictum a notamine eo quod suo vocabulo res nobis

in dignitatis nobis fecit. Et quia homo
per baptismum primo venit in gratui-
tam dei noticiam. Ideo tunc nomen
ei imponitur. Unde dominus dixit ad moy-
sen Exodi xxxiii°. Novi te ex
nomine quia invenisti graciam apud
me. Secundo quia nomen pertinet
ad dignitatem. Sed quia per baptismum
transimus in magnam dignitatem
scilicet in adopcionem filiorum dei et nomina
in baptismo nobis imponuntur. Ro.
quia a sancta trinitate habemus esse
ideo non est inconveniens ut nomen im-
ponatur ad invocacionem sancte trinitatis
Unde dicitur Ego te baptizo in nomine
patris et filii et spiritus sancti amen. Tercio nomine ~~inito~~
ix In aut in nobis est nomine et non
tunc invocatum est super nos et con-
veniencius impositum fuit hoc
nomen ihesus. Iesus enim interpretatur
salvator. Et quia cristus tunc in-
salutis opus inceperat. Ideo ex-
tunc tale nomen impositum fuit. Racio-
nabiliter autem hoc nomen est impositum
est quia tres nomines sibi conveniunt
Nam pro certo oportet ut aliquis dictus
dicatur Samson aut aliquis
aliquis formosus dicitur absolon
vel sapiens Salomon. Secundum quod nomen
est in homine vel gemma in anulo
quod nomen convenit cum re. Et re-
vera fuit humani generis salvator
Ideo racionabiliter et est vocatus
salvator. Nam a maioribus malis nos
salvat. Primo a temptacione. Non enim
permittit nos temptari supra id quod non
possumus. Sed facit cum temptacione
proventum. Hoc enim nomen et cogi-
tatum est velud tyriaca recepta
expellens omne temptacionis vene-
num. Unde Marci ultimo In nomine
meo si quid mortiferum biberint a-
liquod mortale senserint non eos
nocebit. Secundo salvat a pecca-
torum. Sicut enim aqua lavat corporis
maculam ita hoc nomen invocatum
prout docuit Ezechiel propheta
dicens Effundam super vos aquam
mundam et mundabimini ab omni-
bus inquinamentis vestris. Et da-
bo vobis spiritum novum. Tercio hoc
nomen salvat ab insidiis dyaboli
per In nomine tuo demonia insur-
gentes in nos. Si enim quibusdam

verbis incantacionum tantaminibus(?) e-
collata ut ipsis dictatis serpentes
id notent et fugiant multo am-
plius cristi nomen invocatum carna-
les et spirituales fugabit serpentes
Marci ultimo In nomine meo demo-
nia eicient et serpentes tollent
Unde discipuli cristo dixerunt Domine
etiam in nomine tuo demonia nobis
subiciuntur Luce x. Quarto hoc
nomen cristi salvat a cunctis adver-
sitatibus sive sit corporalis infirmi-
tas sive mundi tribulacio. Unde legitur
quod discipuli in hoc nomine innumeras
sanitates operati sunt in huma-
nis corporibus. Ipsum enim est velud
unguentum quoddam aut medicina
corporalis vel herba omnia vul-
nera sanans. Psalmista Misit verbum
suum et sanavit eos. Ipsum etiam nomen
est velud turris fortissima. Unde
proverbiorum xviii quia a mundi tribula-
cionibus liberat. Nota quamvis mul-
ti hoc nomine fuerunt vocati tamen
soli cristo singulariter universaliter et ef-
ficaciter et veraciter hoc nomen con-
venit. Singulariter quia in solo ipsius
nomine et non in alio est salus actuum
iiii to. Non datum aliquod nomen sub ce-
lo in quo oportet salvos fieri credentes
nisi nomen ihesu. Item convenit ei
universaliter quia alii enim aliquod regnum
aut provinciam seu civitatem aut
hominem salvare potuerunt. Sed cri-
stus est universalis salvator qui vult
omnes homines salvos fieri et ad cogni-
cionem sui nominis pervenire prima ad
Thimotheum 2°. Quamvis sunt quos
licet cristus velit salvare ipsi tamen
nolunt. Sed tamen omnis qui invocave-
rit nomen domini salvus erit Roma-
norum x. Et ideo cristus tamquam universalis sal-
vator operatus est salutem in medio
terre ut ex hoc medio salus ad ex-
trema conflueret. Cui loquitur deus
pater Ysaie iiii to. Esto salus mea
usque ad extremum terre. Item salvat
efficaciter quia quos ipse salvat nullo
potest timore aut adversitate disper-
di. Unde Ieremie xxiii° In diebus
illis salvabitur iuda et israhel ha-
bitabit confidenter malorum timore
sublato. Et pro hoc dicebat Iob

Ysaia 49 parvum est ut sis servus meus
ad suscitandas tribus Iacob et feces
Israel convertendas. Ecce dedi te in lucem
gencium ut sis salus mea usque ad
extremum terre

[illegible] vel salvator mundi

Libera me domine et pone me iuxta te et cuiusvis manus pugnet contra me. Item conveniunt sibi hec nomina: Ipse salvat, vocabitur Iohannis iiii°. Ipse cognominatur et salvator. Non enim salvat Christus sicut medicus ut decipiat, sicut cibus ut puniat, gluto salvat porcellum ut comedat, lupus agnum ut occidat, iudex furem ut suspendat, sed salvat nos Christus ut a penis infernalibus eripiat. Psalmus: Salvasti me a descendentibus in lacum, ut animam et corpus ad celestia regna perducat. De salute anime dicitur Luce ix° Filius hominis non venit animas perdere sed salvare. De salute vero corporis dicitur ad Philippenses iii° salvatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Et quod ista salus sit regni celestis dicit apostolus 2a ad Thimotheum iiii°: liberabit me deus ab omni opere malo et faciet salvum in regnum celeste. Ad quod nos perducat.

Sermo de Epiphania

Nuper celebravimus diem quo ex iudeis deus natus est; hodie celebramus diem quo a gentibus adoratus est. Nam et eo die pastores adoraverunt; hodie magi. Illis angelus nativitatem domini, istis stella indicavit. Utrique de celo didicerunt cum regem celi in terra viderunt. Iudeis tamquam ratione utentibus rationalis creatura scilicet angelus predicare debuit; gentiles quia ratione uti nesciebant ad cognoscendum deum per signa adducuntur. Unde evangelium Math. 2°: Cum natus esset Iesus in Bethlehem etc. Nota festum hodiernum dicitur Epiphania, grece manifestatio, latine vel apparicio. Manifestatus est autem ter trina vice ista die, non tamen eodem tempore nec eodem anno. Primo per nativitatem cum esset tredecim dierum magis, de quo dicit evangelium. Secundo eodem die cum esset xxx annorum, cum baptizabatur, celis apertis vox patris audita est: Hic est filius meus dilectus in quo michi bene complacui, ipsum audite. Spiritus sanctus in specie columbe, filius autem in specie nostre mortalitatis. Et hodie tota sancta trinitas gloriam suam toti mundo manifestavit, quod alias raro invenitur. Tercio eodem die evoluto anno tercio manifestavit gloriam suam in nupciis, ubi aquam in vinum convertit, Iohannis ii°. Ideo propter hec tria dies hodierna a nobis sollempniter est celebranda. Quia in ea Christus a regibus gencium adoratus est, ut se comprobaret dominum iudeorum et dominum gencium. Secundo quia in ea Christus in Iordane est baptizatus ut nos a nostris sordibus emundaret et perfectam humilitatem adimpleret. Tercio quia in ea aquam in vinum in nupciis transmutavit, et hoc fecit ut gloriam sue divinitatis manifestaret. Ideo de hoc festo sic canit ecclesia: Tribus miraculis ornatum diem sanctum colimus. Hodie stella magos duxit ad presepium, hodie vinum ex aqua factum est ad nuptias, hodie a Iohanne Christus baptizari voluit ut salvaret nos. Et hodie celesti sponso iuncta est ecclesia, quia in Iordane lavit Christus crimina eius; currunt cum muneribus magi ad regales nuptias et ex aqua facto vino letantur convive. Si igitur nos volumus verum regem nostrum et puerum qui natus est nobis et ipsum invenire et possidere, libenter audiamus nos ipsum honorare, quo desiderio et fervore ipsum hodie magi quesierunt et invenientes honoraverunt, quales fervor caritatis. Relinquentes regna sua longissimum iter perambulando ad Christum arripuerunt. De quibus dicit evangelium quod sic magis. Cum natus esset Iesus, scilicet dulcis salvator noster, de virgine Maria temporaliter in carnem, qui a patre eternaliter sine inicio generatur. In Bethlehem, unde ad differenciam alterius Bethlehem que fuit in sorte Zabulon. Dicitur in Bethleem quod domus panis interpretatur, quia ipse est panis vivus qui de celo descendit, Iohannis vi.

In diebus herodis regis qui fuit alienigena et non de stirpe iudeorum. Secundum Rabanum super x c sub alienigena natus describitur ut rex ipsa descriptione innuitur esse ipse qui venturus erat iuxta prophetiam Jacob patriarche de filio iuda dicente Non auferetur sceptrum de iuda et dux de femore eius donec veniet qui mittendus est et ipse est expectatio israhel Hec causa secundum Lir. nam hircanus qui precessit immediate herodem filium antipatris fuit rex iudee et ipse fuit de gente iudeorum Herodes vero alienigena quia ydumeus habens uxorem neptem hircani eius amore circumcisus et factus proselitus etc, iste incepit deficere principes et dux de gente iudeorum. Regnum Ecce magi ab oriente venerunt ierosolimam glosa magi non malefici sed philosophi caldeorum sic dicti a magnitudine scientie et dignitatis qui erant philosophi et reges persarum quos cum greci philosophos hos persi ma patrie magos vocant unde scribas latini magistros appellat dicentes ubi est qui natus est rex iudeorum

Vidimus enim stellam eius et venimus Glosa ecce magi conveniunt confessi ut natus est Et secundum glosam dicunt fuisse tres et non soli venerunt sed cum multo comitatu Symeon de cassia dicit quod erant in regione aliqua orientali tres viri non solum parentela sed reges magi a magnitudine scientie astronomie intendentes continue pro consideratione stellarum quarum influxus et effectum putabant omnia disponi et colloquentes simul de dispositione constellationum si aliquid novi possent eligere apparuit eis stella nova quam magi viderunt ab aliis stellis distinctam quia non erat in firmamento nec in aliquo circulo planetarum ad modum disposita omnibus aliis stellis clarior et forte humanam effigiem pueri imper vime nati ostendentem ut dicit Hugo de prato in sermone nativitatis Maij Scolasticam historiam allegat Fulgencium dicentem Lumina lux divina non impediunt lucem eius et magis vianas terris tenebat vias Et in motu distincta fuit etiam ab aliis quia supra iudeam imminens eis magis dedit signum veniendi in iudeam quia ex deliberatione sua nullo tempore capiunt adiecerunt Hugo de prato ubi supra dicit quod habuit dispositionem et effigiem pueri qui eis dixit Ite in iudeam querite regem natum quibus egressis tunc primo motu naturali precessit eos quo facto officio motus esse desiit Reverteris in preiacentem materiam id est de qua sumpta fuit Ita magister in hystoriis hec videntes magi dicebant ad invicem hec magni regis est signum scilicet nati in aliqua parte mundi et ideo eamus et inquiramus eum et offeramus ei munera scilicet ista ut attende predictos donorum pro statte sed in persona sed unde venerunt fideli ab oriente secundum Lir. nascitur unde intrat fidei processit qui fides est lumine animarum Nota Vigandus dicit Deus primitias fidei christiane vocare potius voluit ab oriente quam ab alia parte mundi Ratio quia pars orientalis olim erat odiosa deo et angelis ex quo ibi orta fuit prima prevaricatio ergo deus voluit illa reconciliare per primitias fidei gencium inde voluit educere ut unde lux corporalis oriebatur inde etiam lux spiritualis scilicet sancte fidei christiane oriretur Et unde fuerat principium prevaricationis inde prodiret principium iustificationis Ideo dicit

Damascenus quod ut in mane dorsum verterat ad orientem Ad designandum quod culpa in oriente orta partem dorsum posuerat nec ipsam ulterius ad promerendum respicere volebat Tho ma pars illa fuit immunda Thym cum effusione sanguinis ipsam maculaverat Et ideo deus ipsam mundare per apparitionem novi sideris disposuerat ut in oriente prima gencium iustificatio ubi orta fuit prima terre maledictio Tertio quia deus illi terre maledixerat dicens maledicta terra in opere tuo Voluit igitur ...

gentibus oriue prima benedictio viri
professerat maledictio Sed quo ve-
nerunt magi dicit etiam in Ierosoli-
mam Rymon. Ductu stelle vene-
runt ierosolimam que erat ciuitas
regia sacerdotalis et prophetalis fa-
mosa ex templo in quo unus deus
colebatur. Et quia regia famosa
ciuitas est ut reges ciuitatibus do-
minarentur et intrarentur Sed quia
scierunt ibi certe inquirebant de
rege nato quia ubi est qui natus est
rex iudeorum inquirebant et hebrea
lingua quam antea didicerant vel
per interpretem et ceperunt inqui-
rere de rege nato non estimantes
id dictum displicere Herodi vel ciui-
bus Nam putabant eos gaudere
de tam glorioso domino nato qui
plebem posset restaurare et eri-
pere de tyrannide romanorum
Vnde adierunt primo regem sed ple-
beios quos iudicare primo poterant
in Ierusalem dicentes Vidimus enim stel-
lam eius in oriente et ista est causa
motiua ~~adventus~~ adventus eorum et
dicunt stellam eius scilicet per eam ad sui o-
stensionem factam que usque huc nos
perduxit et supponunt hec tria scilicet
deum natum et regem et iudeorum Et
dicit Vigandus quod magi fuerunt mo-
ti ad inquirendum Christum primo per
stellam eius signum apparentem
et novam de qua supra quia
de ista stella Balaam Numeri xx
iiijto Orietur stella ex Iacob et con-
surget de Israhel qui dominabitur
gentibus Nam ergo fuerunt succes-
sores Balaam et forte consanguinei
eius intellexerunt eam esse quam
ante longa tempora expectabant Se-
cundo moti fuerunt per angelum impa-
rantem eis sicut quidam asscribit Au-
gustinus poterat enim angelus di-
cere Ite adorate illum qui natus
est Tertio moti sunt per exteriorem stel-
lam eos alloquentem hoc asscri-
bitur Crisostomo Quarto moti fue-
runt per divinam inspirationem eis
revelantem De hac materia in ... gentinge
in hystoria [illegible] qui per stellam de-

cent scilicet magi mota adeunt orientem
Et venimus adorare eum Exponi-
tur devote sed enim ab sed devo-
tionis presens fratrum est De hac devo-
tione David dicit Reges Tharsis
et insule munera offerunt etc Et
adorabunt eum omnes reges terre
et omnes gentes servient ei Sequitur
audientes autem Herodes turbatus est
dubitatio enim domandi non vult hic
consortem Brevis Soli regi nato
vel terre turbabatur quia terrea al-
titudo confunditur Nam celestis appa-
ruit cogitare quibus est ille Stella
novam et sydera ei famulantur
Fatigatus eum regem Inger in
hystorys dicit Timuit rex ne quis
de semine suorum vel alio nobili na-
tus regnaturus sit tamquam alie-
nus esset regnaturus [illegible] de pa-
ringena depositus Et hic tunc de pa
...te sermonis Sequitur ea per se
motus Et omnis ierosolima cum
illo Turbatio omnis ierosolima prima
causa fuit Natiuitas inopinati
miraculi Secunda ex quo habuerunt
timor regum et audierunt alter
natum timuerunt mutue dissensione
Sequitur turbabantur vel audientes mirac
regem Israhel natum timent ne for-
te Herodes natus iudeos propter regem
novum affligat vel propter seniorem re-
gis quia Herodi applaudebant Terti-
a causa est Tertia quia propter adventum
magnum non poterat gaudere magni-
ficum Ne timebant romanos qui Herodes
declaraverant debere regem vocari
Et congregans omnes principes sa-
cerdotum i. pontifices et scribas
i. moralis preceptores lectores Sci-
scitabatur ab eis vbi Christus nasceretur vo-
cat enim eos omnium quia volebat in-
de eos regem inungi oleo more regum
iudeorum Et in hoc exploratur vbi
rex eorum tristes eos vel letos faciat
At illi dixerunt in Bethlehem iude
Et confirmant responsionem testimo-
nio Michee Sic enim scriptum est
per prophetam Michee v° Et tu
Bethlehem terra iuda nequaquam
minima es in principibus iuda ex te
enim exiet dux qui regat populum meum
Israhel Vnde ostendunt iuda dicem
ex prophetia que natus illius tempo-
ris erat Herodi ipsum regem declarant

Coram Pylato fortiter vocibus
negarent dicentes non habemus regem nisi
cesarem Io. xix° Erat insatiabi-
lis eorum Vide crudelitatem eorum hero-
di et inimicis et tyrannis facta ap-
paruit Sed hec facta est ad maiorem
directionem ne ut magis confor-
tarentur cum hec ex prophetia au-
dissent et non solum per stellam
Sed et per scripturas edocerentur Et
et magis pro rege eorum ostenderunt
Sed sole enim non querunt tamquam
non et quomodo testimonium ipsorum fuit
verum ad locum nativitatis christi tamen pro-
phetiam non protulerunt ut fuerat a
propheta prolata Sic enim dicit pro-
pheta Et tu bethleem effrata
parvulus es in milibus iuda Ex te
enim egredietur qui sit dominator
in israhel Et cum defectu allega-
verunt quia subditur Et egressus
eius ab initio a diebus eternitatis
quam clausulam si non tacuissent
forte herodes non intendisset crude-
lius contra Christum Tunc herodes
clam vocatis magis seu remotis
sacerdotibus et scribis qui non
confidebat eis diligenter didicit
ab eis tempus stelle que apparuit
eis cogitans ut christum occideret secundo
a iudeis locum quesivit Sed a magis
tempus ut sciret possit enim fore etc.
Sed non est consilium contra dominum Et mit-
tens eos in bethleem dixit Ite et in-
terrogate diligenter et cum inveneritis
renunciate michi ut et ego veniens
adorem eum Hec dolose loquitur
Papias diligenciam inquisicionis
Et sequitur [illegible] inquisicionis
Taliter fraudulenti procedunt
Bernh. in [illegible] adorare se simu-
lat ut cum [illegible] inveniret pos-
set extinguat Sed hic potuit
fraudulenciam notari quia cum magi
tamquam devoti dixissent ubi est qui
natus est rex iudeorum Iste fraudu-
lentus non regem Sed puerum vocat
dicens Ite et interrogate diligenter
de puero Et sequitur Qui cum au-
dissent regem abierunt Quomodo
abierunt in bethlehem non ex stella
quam [illegible] ierusalem amiserant
Sed ex prophetia quam a scribis audierant

rant Et ma iudeam non erant di-
gni videre nondum stella tamquam
minima [illegible] Sed quare stella cum
deduxit eos in ierusalem fuit abscon[sa]
Aliqui dicunt quod ideo quia venerant
ad mala [illegible] vel ideo quod
alios ut ipsi relicti a stella coge-
rentur [illegible] in ierusalem christum interroga-
do manifestare propter duo primo
propter confessionem iudeorum quia gen-
tiles tamen visione stelle confirma-
ti in christum crediderunt Et propter pro-
vinciam ipsum quesierunt Iudei autem
nec prophetias crediderunt Et in
suis finibus natum christum suscipere
noluerunt Deinde ut interrogat
sacerdotes ubi christus nasceretur ad
prodicionem [illegible] in bethlehem Et
te qui herodes docuerunt de christo
ipsi soli ignorabant de ipso Et ec-
ce stella quam viderant in oriente an-
tecedebat eos usque dum veniens sta-
ret supra ubi erat puer Cum ma-
gi egressi essent ierusalem tunc stella prius
visa antecedebat eos procedens ipsos
ad epiphaniam In historia de magis
dicitur Et in eadem via adire in-
venerat pastores quibus angelus appa-
templum. Sicut spiritus sanctus duxit cristum in
desertum ut bellaret et vinceret. Sic
hunc duxit in templum non coacte
sed libere. quia ubi spiritus domini ibi
libertas. Sicut dicit apostolus. qui spiritu dei
aguntur hii filii dei sunt. Et ali-
bi. Si spiritu ducimini non estis sub lege
sed in hac causa quod evenit. Cete pa-
rentes ihesu Et ibant et ingredie-
bantur templum et a multis obvia-
verunt non invenerunt quia omnes ceci
spiritu ducebantur non habemus ex
evangelio quod se multos salutasset ĳ
vel quod aliqua verba loqueretur. Sed Sy-
meon accepit puerum in ulnas suas
cognoscens ipsum esse salvator mundi. sed
quare non tetigerunt ex quo cognoscunt
verum deum esse et hominem. Et quando non
audiebant eum tangere. Sicut de io-
hanne baptista in utero sanctifi-
cato legitur quod contremuit et non est au-
sus tangere verticem cristi teste Bern-
hardo. De Centurione et Zacheo
Sic de petro et lazaro. Centurio
indignum se iudicavit salvatoris
introitum in domum. et Zacheus
suscepit eum gaudens. Petrus co-
gnita dei maiestate procidit dicens
Exi a me domine quia homo peccator
sum. Et lazarus in mensa cum ihesu
recumbebat. Sic et hic spiritus sanctus Johanne
fecerat timidum reverenciam. Sed
Symeoni dederat audaciam dicendo
operatur in omnibus dividens singulis
prout vult ut dicit apostolus. Et non
[illegible] contingit Simeon ihesum. Ita eciam
mulier [illegible] tangendo fimbriam vestimenti
eius sanata est [illegible] a fluxu sanguinis
Magdalena tangendo pedes eius la-
vit maculas criminis. Johannes recum-
bendo in pectore evangelii fluenta
potavit. Thomas eius latus tangendo

infidelitas cessit Symeon totum
christum baiulando absque dubio sine mi- Processio
nere non fuit Venerat enim et senex puerum
portabat puer autem senem regebat
Et evangelium dicit quod benedixit deum
Sicut apostolus expansis brachiis altitu-
dinem divine sapientie exclamavit O
altitudo sapientie et scientie dei sic et i-
ste extensis brachiis immensitatem
divine bonitatis cepit deum benedicere
et pre gaudio cepit petere mortem dicens
Nunc dimittis domine etc. quasi diceret ergo
hic est salvator missus ad illuminationem
omnium gentium et ad glorificandam plebem
israhel quem ego ex promissione ex-
pectabam iam letus morior id est modo
dimittis scilicet abire ab hac miseria ni-
chil restat nisi omnia in veritate operan-
tur secundum verbum tuum id est promissum in
pace quod petit hic petit ne habeat in-
certam mortem habeat pacem a dolo-
re mortis vel ne trucidaretur propter
benedictionem prout alii pro veritate
sunt puniti Vel hic petit dominum spiri-
tus repletus scilicet ut moreretur in fide in
spe et caritate amore in conscientia pa-
cifica et similiter peccatis preparata
Deus enim fide purificat corda per
non confundit Et remissa delicta ope-
rit caritas Et talis mori est ad maxi-
mum penis est mori in pace unde
de christo qui acerbissima morte mor-
tuus est scribitur In pace factus est
locus eius Et de martiribus scribitur
Corpora sanctorum in pace sepulta sunt
Sic ergo mori quilibet debet optare Et
qui vult bene mori discat bene vive-
re christum imitando qui dicit Math.
xi Discite a me quia mitis sum et humi-
lis corde Nam qui vivit in mille inimi-
cis nullus in pace moriebatur Sed ergo au-
dis quod nunc est pauper tu noli velle
dives Christus portatur ad templum
tu noli ire ad prostibulum Christus portatur
in Ierusalem quod est pax Tu noli ire in ba-
bilonem id est in thabernam ubi tenebre et
confusio Christus presentatur deo Tu no-
li offerre dyabolo Pro christo offertur
par turturum hec est avis solivaga
Tu noli esse in tumultu Pro christo
offertur par columbarum que aves ge-
mebunde Tu noli esse in plausu gau-
dens sed in novitatibus que enim ve-

venas lucis ad tenebras et inspi-
cerem iniquitate Sed quia hodie
processio fit ad designandam vene-
rabilem processionem quam Maria Io-
seph et Symeon fecerunt cum puerum
christum in templum presen-
taverunt sic et nos processionem
faciamus per eum lucem accepi-
mus in manibus candelas propter
tertium scilicet christum propter tria
que in ea sunt scilicet ceram lignum
et ignem per hec tria scilicet ista
tria que fuerunt in christo per ceram caro
que nata est de virgine sine cor-
ruptione Sicut enim apes ceram
gignunt sine altera commixtione
lignum in cera latens animam
candidissimam scilicet in carne late-
rem ignis vero sine lumine scilicet
deitatem quia deus noster ignis
consumens est Sed hic est misteri-
um quod si volumus ante deum esse
purificati tria debemus in nobis
habere scilicet veram fidem bonam
actionem et rectam intentionem Nam
candela in manu accensa est
fides vera cum operatione bona
intentione et recta Sicut candela
sine lignis dicitur esse mortua
et lumine privatur sine candela non
lucet sed mortuum esse videtur
Sic corpus sine fide et fides
sine bona operatione dicitur esse
mortua lignum autem in cera
occultatum est intentio recta
Unde Gregorius sit opus in pub-
lico ut intentio maneat in
occulto Sic igitur dum lucem ha-
bemus credamus in lucem ut
filii lucis simus et perveniamus
ad patriam claritatis eterne quam
nobis concedat per eterna secula Amen

Sermo de sancto Mathia

Hodie celebramus
diem sancti Mathie
apostoli in locum Iude
traditoris in aposto-
latum electi qui unum onus
talentum a domino consecutus fuit ac-
ceptum ad quod apostolus fuit non ut
servus piger in terra abscondit
sed per fidelem curam vocatus operis
distribuens velud prudens servus

tranquillitate fidei nos tessant. Tercia
pars ex dominica porte hodierno
die audire meruit. Euge serve
bone et fidelis quia in pau-
ca fuisti fidelis super multa te
constituam. Intra in gaudium domini
tui. Sic iste sanctus dilectissimi
vos intrare in gaudium domini
sui potuit quia super multa fi-
delis exstitit summopere nobis
cauendum ne lucro commissi talenti
neglecto ad eternum gaudium arce-
amur ingressu. Et necnon com-
mate etiam in fide sancte tri-
nitatis babtizati fungat enim
secundum fidem sacramenta cogno-
scimus domini intelligere asserentes
summus procul dubio talentum
a domino recepimus. Sed hec in
terra abscondimus si bona in-
telligimus per compassionem ca-
ritatis proximus nos indicans
ewangelium. Et accepto talento
lucrum faciamus. Sed ea que intelligi-
mus audire vocibus fidei in-
stamus. Quoniam itaque hoc ite-
rum Mathias universis laudibus per
toto celebratur. Cum suo domino
talentum cum lucro importat
Non mirum quia Mathias parvulus
interpretatur. Cui parvulis secreta
revelat et talenta committit
ut testatur ewangelium hodiernum quod
de ipso legitur Math. xi. In
illo tempore. Respondens Ihesus dix-
it. Confitebor tibi domine pater
celi et terre etc. Ewangelium ista
narrat. Primo ipsorum Cristi ad
quandam dilatationem secreti pos-
sibilem. Et tunc laudis et gra-
ciarum actionem deo patri pro eo quod
archana bonitatis et sapientie
sue que in adventu filii dei
per eius incarnationem sunt imple-
ta abscondit a sapientibus et pru-
dentibus et revelat ea parvulis
id est humilibus. Secundo narrat
ewangelium quod ista revelatione
data per apostolis et aliis dignio-
fecit per Cristum. Ibi omnia mihi
tradita sunt a patre meo. Ter-

tio recitat ewangelium quod Cristus
peccatores ab eorum oneribus et labo-
ribus vocat ad refectionem eternam
ibi. Venite ad me omnes etc. Prima
tamen ad primum. Prima possit ab ali-
quo dubitando dicere. Que est racio
quod plus iudaeis unius dei cultor-
ibus dei veniente in carne tot obscu-
ritates erant que gentiles cum gaudio
receperunt iuxta quod Paulus
et Barnabas dixerunt iudeis vo-
lentibus audire verbum dei Act.
xiii. Vobis oportebat primum loqui
verbum dei. Sed quoniam repulistis illud
et indignos vos iudicastis vite e-
terne. Ecce convertimur ad gentes. Sic
enim precepit nobis dominus. Et sequitur
ibidem. Audientes autem gentes ga-
visi sunt et glorificaverunt verbum domini
et crediderunt quotquot preordinati
fuerant ad vitam eternam. Prima autem Cristus
sunt multos de isto dubitantes
secundum Crisostomum. Pro causis istius vero
dicit primo laudat deum patrem
suum dicens. Confitebor tibi id est gracias
ago vel laudo te. Nota que secundum
Augustinum dicit pater dominum patrem per eternam
generationem dominum celi et terre per
temporalem creationem quia abscondisti
hec scilicet archana sapientie vite eterne
que in adventu filii sunt impleta
a sapientibus et prudentibus id est a scri-
bis et phariseis secundum suam representa-
tionem intelligendo et prudentibus
in agendo. Et revelasti ea parvu-
lis id est humilibus. Triplex est sapientia
que per eum dicitur scilicet terrena
terrena animalis et diabolica. Ter-
rena in cupiditatibus et avaricia. Animal
in voluptatibus. Diabolica in superbia
et ambitione et a talibus abscondit
deus sua secreta et revelat parvulis
id est humillimis humilibus captivantibus
intellectum in obsequium Cristi. Sic
legitur secundum Augustinum. Tertium autem reperit
deo patri quod apostolis apperuit secreta
sua sacramenta sui adventus quod ignora-
verunt scribe et pharisei qui se sa-
pientes iudicabant. Abscondit
hec ista deus superbis volentibus
credere in Cristum et revelavit ea hu-
milibus gentibus fidem devote suscepi-

Sapientia triplex: Terrena, Animalis, Diabolica

picientibus iuxta illud luce 3°
Omnis mons humiliabitur et omnis
vallis implebitur. Quasi vallis
impleta crescit et omnis mons humilia-
tus decrescit. Quia in fide cristi gen-
tilitas fidem plenitudine gracie
accepit abundancius per errorem perfidie hoc
unde tumuit perdidit. Humiles enim do-
mini accipiunt quod a se corda superbie
expellunt. Ex quo dicatur quod
superbi gracia dei sunt indigni iuxta
illud i petri v. Deus superbis resistit
humilibus autem dat graciam suam. Vn-
quisque de vita domini noster sanctum
et prudentem superbos intelligere posse
non apposuit tamen ait Revelasti ea
parvulis id est humilibus. Et iterum Gre-
gorius per xxvij° moralium non dicit
Revelasti ea stultis sed parvulis per hoc
sed sic tumore sancta contra damnatum
non detectum convincit. Ipse subdit causam
quare illis abscondit et illis revelat
dicens ita pater sed factum quod illis abscon-
disti et illis revelasti quoniam sic pla-
citum fuit ante te sed aut quid magis
placet pro nostri instrumentum pensate sacre
arcana alia vocem tradere volunt
quare eos reprobavit et hos elegerit
in ipso solum beneplacitum dei patuit
nobis enim exemplum ut non presumamus di-
scutere secreta dei ut querere rerum
secretorum causas. Gregorius per xxv° to
moralium. Ex hiis verbis exempla
humilitatis capiamus ne temere discu-
tere superna consilia de aliorum voca-
cione. Aliorum vero repulsione pre-
sumamus. Ostendens quod iniustum esse
non potest quod placuit iusto. Sic ecce
Solus enim deus scit electos salvandos.
Unde dicit iohannis xiij°. Ego
scio quos elegerim. Et iterum scit discre-
cione reprobos ab electis. Iohannis
vj. Nonne ego vos xij elegi et unus
ex vobis dyabolus est. Eligunt ergo
quidam iterum potestatem ministrorum. Et illi non
stant sicut iudas. Quidam vero
propositum dei ut maneant sicut alij
apostoli. Et de hic dicit Augustinus
libro de correctione et gracia. Quamquam

electi sunt ut sine dubio sunt
vocati. Non autem quicumque vocati
sunt consequenter electi sunt. Illi ergo
electi sunt qui iterum propositum
vocati sunt. Quia ut predestina-
tiatis prescripti sunt horum si quis-
quam perit fallitur deus. Sed nemo
eorum perit quia non fallitur deus.
Horum si quisquam periret vicio
humano vincitur deus. Sed nemo
eorum perit quia nulla re vin-
citur deus. Electi enim sunt ad
regnandum cum cristo cum congrue-
bat abeo quippe electus qui
novit bene uti et malis ut
per eius opus damnabile illi
compleretur opus venerabile
propter quod ipse venerat. Audi-
ens ergo ita audimus nomine eorum vos
duodecim elegi et unus ex vobis
dyabolus est illos debemus
intelligere electos per misericordiam, illum
per iudicium, illos ergo elegit ad
optinendum regnum suum. Illum
ad effundendum sanguinem suum
Et clamat hic in ewangelio ubi et
sumpsit nomen salvacionis est. Scit deus
qui sunt electi horum fides que
per dilectionem operatur profecto
aut omnino non deficiat. Aut
si qui sunt quorum fides deficiat
reparatur antequam vita ista finiatur.
Et deleta quam intercedat ini-
quitate usque in finem perseverancia
deputatur. Qui enim non perseverant
non sunt sic a fide cristia-
na et agnitione salvatore lapsi
sunt ut tales sunt. Humiliter vi-
te inveniet ut vello tempore
quo bene pereas veniunt in istorum
numero computati sunt. Non enim
sunt a massa ia perdicionis presencia
dei et predestinacione discre-
ti id est separati. Et ideo nec iterum pro-
positum vocati ac per hoc nec ele-
cti. Sed in eis non vocati quibus dicitur
quod multi sunt vocati pauci
vero electi et tamen quis eos negat
electos ad credant et baptizantur
et iterum deum vivunt plane sunt
electi a nescientibus quid futuri
non ab eo qui eos novit non esse

Grego xxvij[?] non stultis sed parvulis

Pensate

perseuerancia usque ad beatam vitam perdu-
cit electos Cum itaque eos ita stare ut
perseuerent Quod casuros Subdit hic
a me queratur cur eis deus perseueran-
ciam non dederit quibus eam qua
cristiane viuerent dilectionem
dedit Hic me ignorare respondeo
Non enim arrogant sed agnoscens
modulum meum audio pau-
lum O homo tu quis es qui
respondeas deo Et o altitudo
diuiciarum sapiencie et scien-
cie dei quam incomprehensibilia
sunt iudicia eius Et infra

Quantum itaque nobis iudicia
sua manifestare dignatur gratias
agamus Quantum vero abscondere
dignatur non aduersus consilium
eius remurmuremus sed hoc quod
nobis saluberrimum esse credamus
Et infra vero Augustinus suadens
nobis perseuerantiam ut in vocacione
et electione maneamus sic dicit
Quicumque in dei prouidentissima
disposicione presciti predesti-
nati vocati iustificati glo-
rificati sunt non dico non dum
renati sed etiam non dum nati iam
filii dei sunt et omnino perire
non possunt Hii vere veniunt ad cri-
stum quia ita veniunt quod ipse
dixit Omne quod dat mihi pater
ad me veniet et eum qui venit
ad me non eiciam foras Et pau-
lo plus Hec est inquit
voluntas eius qui misit me patris
et omne quod dedit michi non per-
dam ex eo Et ibi Et dei per-
seuerancia in bono usque in finem
neque dat nisi hiis qui non peri-
bunt Talibus diligentibus
deum omnia cooperantur in bo-
num usque adeo prorsus omnia
ut etiam si qui eorum declinant et ex-
orbitant hoc ipsum eis deus fa-
ciet proficere in bonum quia humilio-
res redeunt atque doctiores
Discunt enim in ipsa via iusta
cum tremore se exultare debere
Non se arrogando tamquam de
sua virtute habeant fiduciam

preuaricandi sicut ille Et Ambrosius
libro de paradiso capitulo octauo ponit
et soluit questionem quare deus preceptum dedit
primo homini quem preuaricaturum esse
sciebat Et de Iuda preuaricatore
ponendo exemplum dicit Voluit dominus
Ihesus quibus saluos facere peccatores
Vel eciam impiorum ostendere debuit
suam voluntatem Et ideo ne prodi-
torem debuit preterire ut aduer-
terent omnes quod in electione etiam pro-
ditoris sui saluator omnium et in-
signe pretendit nec in eo lesio
est vel Adam quia mandatum acce-
pit vel Iudas quia electus est Non
enim iniuste deus vel preuaricacionis
illi vel prodicionis hunc inpo-
suit quia vterque si quod accepit
custodisset a peccato potuisset abstinere
Denique nec iudeos ... sciebat
et tamen ait Non veni nisi ad
oues que perierunt domus Israhel Ergo
non in mandato culpa est sed in pre-
uaricante peccatum est et quod in deo
fuit ostendit omnibus quod omnes vo-
luit liberare Nec tamen dico quod pre-
uaricacionem nesciebat futuram ymo
quia sciebat assero sed non ideo per-
cunctis proditoris inuidiam in se
debuit declinare ut asscriberetur
deo quod vterque sit lapsus Nunc autem
vterque redarguitur atque reconuincitur
... et ille mandata tenere la-
borauit accepit Et hic etiam in apo-
stolatus numero ascitus est ut vel
beneficio reuocaretur a prodicio-
nis affectu vel ut dum alii re-
uincunt prodesset omnibus Non
enim consistere peccatum sine mediacione
non fuisset non consistere autem peccato
non solum iniuria sed etiam virtus
fortasse non esset quem si agnita
fuisset malicie semina vel subsi-
stere vel oriri non posset Hec Am-
brosius Et Augustinus super Iohannem dicit
Quare istum trahat et illum non trahat
noli velle iudicare si non vis erra-
re Quod dicitur in generali potest assignari
racio quare aliqui trahantur et
aliqui non ut scilicet in illis qui non tra-
huntur refulgeat ordo diuine iusticie

Quibus aut qui trahimur apparebat immensitas diuine iusticie incomprehensibilis quare hunc scilicet trahatur et ille non inexplicabile est inexplicabile est in hac vita mortali quia non est racio nisi beneplacitum diuine voluntatis / contra illud ad
Roma ix non est volentis neque currentis sed dei miserantis / quo
aut deus hoc faciat scilicet aliquos vocando seu trahendo et aliquos non
vel declarat beatus augustinus contra pelagianos de predestinacione sanctorum
Non hic agit deus summe bonus malicia sed iusticia nec personarum
accepcione sed equitate seruata discrecione Nonne non in eorum quosdam
volentes eterne vite fidem accipere non adipiscuntur / quosdam volentes eo
rum diuinam graciam spernentes ignorans ut volunt mutare voluntate nonne ad aliquos perfectos ex
labore multorum annorum prolapsos in ultimo vite sue tempore periisse aliquos vero a iuuentute sua mortis scelere et dampnabiliter usque ad decrepitam etatem perpetrasse / et repente celitus inspirata salute raptos
esse ad regnum regni celorum Nonne
et paruulos quibus usus liberi arbitrii non est / ut de bonis vel
malis eorum iudicemus paretum manibus ad graciam sacri baptismi deportatos Et cum in vno
eorum per manus sacerdotis misterium fidei ad impletur aliquociens alter in manibus paratum sacerdotum
examinans frustratus gracia saluatoris
Vnus sanus et integer hic autem qui
ydoneus erat horum reddere racionem
dicamus cum dauid quam magnificata sunt opera tua domine nimis
profunde facte sunt cogitaciones
tue Dicat hoc ergo doctor in eodem
libro quod nichil deus vasis iure
redderet interitum si non inueniretur homo spontaneum esse paratum
quia nec deus penam homini iuste
inferret si homo ex predestinacione
cecidisset in culpam Tamen in aliquos

ordinatorum legimus et dampnatos / vel aliquos electos magnos
peccatores sub hoc ipsos meruisse prositem quia talia tamen ipsorum
processerunt expressa vel predestinacione xx iiii a q c predestinacio Et concludit augustinus
in fine libri de hoc nemo glorietur nemo desperet Solhem
deus scit qui sunt eius Iustum aut possumus omnes homines
ad bonum opus exortemur / nulli
aut desperacionem demus / proinuicem dicimus / in quo et deo nos
humiliemus dicentes fiat voluntas tua
ipsius erit pietatis iudicium in
nobis debitum sumere dampnacionis et gracia predestinacionis
indebitam prorogare hec augustinus
Et ambrosius dicit nomine deus in
tale sentenciam si tu non nisi eum
dare delictum In compendio de
Sic deus aliquem saluandum preuidet / sic et modum quo saluari
debet Gregorius primo dyalogorum
predestinacionem regni predestinaciones
ita est ab omnipotenti deo disposita vt ad hec electi ex labore
perueniant / quatenus postulando
mereantur accipere quod eis omnipotens deus ante secula disposuit donare In compendio de
pericul hic stultus est qui dicat volo facere quod michi placuerit
dia si debeo saluari saluabor Et si dampnari dampnabor sicut stultus esset infirmus
qui diceret / volo comedere vel
bibere quod michi placuit quia
si debeo curari curabor Et
si mori moriar Sic enim multi
lasciui contempnunt medicinam hic ibi Augustinus
tamen dicit Falsa fiducia
altissimus de terra creauit medicinam et vir sanus non spernit eam
Quare si deus permittit liberum arbitrium hominis quod se liget ad utrumque
in malum cadere hic non facit iniuste Rursus si per graciam preuenitur nulli facit iniuriam
Tamen quod deus malos danat

et reprobat facit secundum iusticiam
Secundum vero praedestinat facit secundum
graciam et misericordiam quae non excludit
iusticiam. Dicit enim beatus Augusti-
nus super ista / quod non vas irae deus
redderet interitum si non inve-
niret homo spontaneum
habere peccatum. Et tantum
de primo circa 2o. In fine evan-
gelii Christus vocat omnes peccatores
ab eorum laboribus et oneribus
ad refectionem eternam dicens venite
ad me scilicet orando per fide-
liter et poenitendum per operacionem et fruen-
dum per glorificationem omnes scilicet
homines qui laboratis et one-
rati estis scilicet peccatis et iniquita-
tibus. Iuxta illud psalmi
vidi iniquitatem et contradictionem in
civitate et labor in medio eius
et iniusticia. Super quo dicit
Augustinus labor ibi ubi iniqui-
tas ibi. Ecce iniusticia non est iustitia
ideo labor est ibi. Scimus vero
ut inique ageret laborave-
runt. O quantos labores
et angustias sustinent peccatores
quibus affliguntur antequam per-
petrant peccata. Ergo talis la-
bor stultorum affligit eos id est pec-
catores quia dicitur labor propter difficul-
tatem perficiendi et omnes propter
gravedinem secundum magistrum in Senten-
tiis peccatum quod per poenitentiam non diluitur
mox suo pondere in aliud trahit
et nisi per poenitentiam deponatur
premit infernum ergo. Committuntur
peccatores in infernum
omnes tales laborantes et one-
rati etc. et ad se vocat dicens
venite ad me omnes non quod indi-
geo vestra gloria sed quia dabo vo-
bis meam. Sed non solum vos ex-
onerabo sed eterna refectione sa-
tiabo. Modo remedium subdit
dicens. Tollite iugum meum
super vos. Nota dicit iugum
meum. Est enim iugum pec-
cati scilicet infernum diaboli

et iugum dei. Et dicitur Ecclesiastici x.o et
xl.o iugum magna creata est
omnibus hominibus et iugum grave
super filios Adam a die exitus
de ventre eorum usque ad diem
sepulturae in matrem omnium. Et hoc
ponens Augustinus hoc exponens
dicit quod est grave iugum nisi peccatum.
Et quare dicitur est iugum ideo quod ex
duobus Adam et Eva id est masculo
et femina venit vel duorum similat
et conterat colla id est masculi et fe-
minae maioris vel minoris utrumque
in utroque sexu iugum est ideo ag-
gravat grave iugum super filios
Adam. Dicit ergo super filios
etc. non distribuit vel secundum
comparandum iugum peccati propter
Christum qui sicut ceteri ex vir-
gine generatione natus non est omnes pec-
catores qui sunt hinc iugo id est
originali peccato remedio actores atque
modernos vitia corporis orta ta-
ciatur trahimus quamdiu sumus
in corpore mortis. Sed
non presumitur hoc est iugum
quo corrumpitur terra nostra propter
quod enim hoc sanare dicitur in primo
Corpus quod corrumpitur aggravat
animam a onere iugi labore
operis peccati corrumpitur ut in-
crescat nec solum in ista parte
nisi ab illo iuste iudicante et inde-
bite misericordante qui ait venite
ad me omnes qui laboratis etc.
Tollite iugum meum super vos.
Secundum Rabanum iugum Christi est
evangelium Christi quod iudeos et gen-
tiles in unitate fidei iungit
et sociat sic iugum bonos homines
iugum iubemur tollere secundum Iohannem
in id est voluntarie arripere super
vos in honorem huius ne forte sub
pondere id est graviter illud contempnatis
laboretis pedibus vestris conculcetis.
Primum autem evangelii id est
praedicacionis est poenitenciam
agite et appropinquabit regnum celorum.
Tollite igitur iugum dominum super
vos id est poenitentiam voluntarie suscipite

Nam ad hec quod confessio sit prosperata
Secundo quod sit voluntaria quia deo co
acta seruicia minime placet sicut
dicit Augustinus propter quod homini tan
gebit secundum liberum arbitrium Item
secundo quod sit simplex scilicet ut in confessione
non recitet nisi que ad confessionem
pertinet Item humilis ut se miserum
peccatorem recognoscat Item quod pu
ra ut sit purum cordis intentione non
propter vanam gloriam secundo puram propter
deum et salutem propriam Item quod
fidelis scilicet ut dicatur verum et non
mendacium in confessione Item quod fre
quens si saltem velit debite et
perfecte confiteri omnia que commisit
Semina qui raro confitetur multa fre
quenter oblivioni tradit Item quod sit nu
da id est sine obstaculo verborum Item di
screta ut cum discretione et non
a casu veniat ad confessionem
Item verecunda quod turpiter de peccato
sit abhorrabilis Item integra ut unum
sine alio peccato non confiteatur
Item secreta id est in secreto confiteatur Item
lacrimabilis Item accelerata id est ci
to post peccatum Item fortis ut con
fiteri non omittat propter verecundiam
vel magnitudinem satisfactionis
Item accusans se non alium Item pa
rata parata id est ut obediens sit ad sa
cerdotis mandata Item ut confiteatur
circumstancias aggravantes que
sunt dictus locus persona scien
cia tempus etas conditio numerus mora
copia causa et modus in culpa
status altus lucta pusilla Sed
diceres quomodo super hec possim tol
lere maximam negligentiam Cum
sit difficile et nimis onerosum
Respondetur quod hec plenum est in pri
mo capitulo secundo. Quid causat istam diffi
cultatem Respondetur primo torpor et tepidi
tas incipiendo sine Unde Apocalipsis iii dicitur
Scio opera tua quia neque frigidus
es neque calidus Utinam frigidus
esses aut calidus Sed quia tepidus
es incipiam te evomere ex ore meo
Super quo dicit Bonaventura Frigi
dus dicitur qui est omnino malus
Calidus qui omnino bonus Et
ideo dominus utinam frigidus
esses id est omnino malus ita quod appa
reret malicia tua quia opera
mala habent correctionem Et ideo de
talibus habetur spes emendacio
nis aut calidus id est omnino bonus
Sed quia tepidus es id est torpens
et remissus nec omnino bonus nec
omnino malus incipiam te e
vomere Gloria et consumendo
et ex consorcio sanctorum remo
vendo vel in deteriora pecca
ta permittendo Ex ore meo
id est ex promissione mea in civitate
facta quod civium Dicitur ob deum
in quo remissio et tepidis pro
mitti exclusio a consorcio sanctorum
Lucas ix Remittens ma
num suam ad aratrum et respiciens
retro aptus est regno dei Et
petrus in Canonica dicit melius
erat illis viam veritatis
non agnoscere quam post agnitam
retrorsum Secundo difficultatem hanc
operacionis causat mala
consuetudo peccandi Jeremias
xiii Si adolescens sive
sua non gradiatur Et cum se
nuerit non recedet ab ea
In peccato enim consuetudo nam qui
tenent primo ut sapiant qui desi
pere debebant Unde Augustinus puls
lato origo pena est primus qui
sancto est sanus Et amabilis
bonus odiosa est lux infirmo
et amabilis Et Jeremie xiii
Si potest ethiops mutare pellem
suam et pardus varietates suas
et vos poteritis bonum facere cum
didiceritis malum In quibus
verbis innuitur impossibilitas
Secundo difficultas benefaciendi
Tercio meus penitencia bene vi
vendi et diffidencia perficiendi
peccatorum enim ad communio charitati
incipit habet tremulum timere
Unde non est timendum Timet enim
mori si penitenciam agat et
deo serviat Secundum illud pro
verbiorum xiiii Pigritia et Ecclesiastes
dicit

vie, in mo platearum ostendens
sum. Nos respondemus quod dicitur prouerbiorum
iiii° Gressus tui non artabuntur
quia currentes ingressu
fugiens non artabuntur gressus tui
et currens non habebis offendi-
culum. Et ideo quia sunt incepti
in norma bene viuendi. Secundo sta-
tim incepta quadam amaritudine
in bono opere quod attemptat di-
mittunt illud. Vnde assimilantur
symee que gustata exteriori
amaritudine nucis eam abicit
et ideo ad dulcedinem nuclei
non peruenit. Sic qui propter dif-
ficultatem in bono opere temptacionis
dimittit bene operari non
attingit ad dulcedinem premium
vel spiritualem consolacionem quia
propter illam difficultatem in primordio
status penitencie aut
vertere non est desistendum ymo
studiose et feruentius operandum
primo quia tempus penitencie est breue
Job xiiii° Breues dies hominis
sunt. Secundo quia via
qua pergimus est longa iii Re-
gum xix° Dixit angelus Helie
Grandis tibi restat via. Tercio
quia periculum est in mora. Ad
Hebreos xii° dicitur de Esau non
inuenit penitencie locum quamquam
cum lacrimis inquisisset eam. Et
Mathei xxv° de fatuis
virginibus, quod quando intrare vo-
lentes non fuerant admisse quia
iam ianua erat clausa. Et
ideo penitens a facto est co-
hortandus. Ecclesiastes ix° Quodcumque
potest manus tua instanter operare
quia nec opus nec racio nec
sapiencia nec sciencia erunt apud
inferos quo tu properas. Et
ad Galatas vi° Bonum autem
facientes non deficiamus
tempore enim suo metemus
sed in exultacione. Ad qui se-
minant in lacrimis in exultacione
metent. Psalmus Euntes ibant
et flebant mittentes semina sua
Venientes autem venient cum exul-
tacione portantes manipulos suos

sed pro quibus recepturi sunt
mercedem magnam propter quam non
est deficiendum. Hec autem merces est
requies eterna que sequitur laborem
labor corporis. Vnde Apocalypsis Amodo
iam dicit spiritus ut requiescant a
laboribus suis. Et hec merces
subditur quod Et inuenietis requiem
animabus vestris. De qua Ysaie
xxxii° Sedebit populus meus in
pulcritudine pacis in tabernaculis
fiducie et in
requie opulenta. Dicit Ambrosius
in tractatu super psalmo xxxviii° expo-
nens titulum psalmi. Si sine pecca-
to transieris illic requiem
non habebis. Exonera igitur me-
tem tuam et omnia quibus gra-
uatur et constringitur ne fiat
fuga tua in hyeme vel sabbato
vita hec in labore. Illa in requie
ut memore te huius seculi inueniat
consummacio ne onerati peccatis
fugere non possitis. Ante fugere ut pre-
uenies frigus aut sabbatum seculi
illecebris non teneris. Fugiamus
igitur iugum peccati et tollamus
iugum domini super nos. Et destruamus
ad eius imitacionem humilitatem et
caritatem ut valeamus animabus
requiem eternam inuenire. Et ne for-
midemus tollere iugum Cristi dicit
Iugum enim meum suaue et onus
meum leue. Sed amanti dicit quod
ponit Augustinus Amanti nichil
est difficile ymo sicut dicit Grego-
rius amor difficilia vacuat
in facile. Iacob seruiuit Iacob
pro Rachel vii annis et videbantur
ei pauci dies pre amoris ma-
gnitudine. Huius amoris ma-
thias habuit quia inungendo in-
tulit ut habetur in eius legenda

Sermo de annunciacione

Missus est angelus
Gabriel a deo in
ciuitatem Galilee
luce I°. Hodie per ecclesiam
celebratur festum
annunciacionis et concepcionis
filii dei quod est primum et fundamen-
tum omnium sollempnitatum. Et quorundam

et exordium nostre redemptionis. Est
alibi enim manducata carne vnde
fuerat sollempnitas. Hodie
namque est sollempnitas dei pa-
tris qui filium suum inmensa fecit in
desponsatione humane nature
quia hodie filius sibi inseparabiliter
vniuit. Hoc est sollempnitas in-
carnationis filii dei in vtero virginis.
Hodie est sollempnitas spiritus sancti
propter hoc inter cetera opera que attri-
buuntur ei / hoc vna hodie singu-
laris benignitas magis perfecte osten-
dit humano generi. Hodie est
sollempnitas gloriose domine nostre
que a patre in filiam et a filio in ma-
trem. Et a spiritu sancto in spon-
sam est assumpta. Hodie est solle-
mpnitas totius curie celestis quia
eius reparatio inchoatur. Hodie in-
super est sollempnitas humane
nature quia eius salus incepit
et redemptio et totius mundi repa-
ratio. Et quia ipsa hodie est sol-
lempnizata et dedicata. Nusquam enim
dei filius angelos apprehendit
i. in vnam personam sibi assumpsit sed
semen abrahe. Hodie enim filius
dei factus est quod nos sumus ex no-
bis et factus mortalis et cepit pati mecum
nobiscum. Hodie verbum caro fa-
ctum est et habitabit in nobis
vnde vocatur emanuel quod est no-
biscum deus i. deus et homo.
Fuit autem hec annunciatio et conceptio
filii dei prefigurata in veteri testa-
mento per rubum ardentem. Rubus
enim succensus erat et non comburebatur
virginitate. Maria concepit fi-
lium et non amisit virginitatem. Deus
habitauit in rubo ardenti et ipse
habitauit in matris ventre. De-
scendit in rubum propter iudeorum
liberationem ut eos educeret de
egipto. Descendit in mariam
propter nostram redemptionem ut nos
redimeret de inferno. Item autem
dominus matrem voluit mariam pre a-
liis omnibus mulieribus eligere. Et
hoc fuit prefiguratum in vello gedeo-
nis quod plenum celesti rore capie-
bat et tota terra circumiacens

sicca remanebat. Sic maria
sola diuino rore repleta est et in
mundo nulla alia digna repe-
riebatur. Repletio velleris si-
gnum erat liberationis filiorum israhel
ab hostibus suis. Conceptio marie
signum erat nostre redemptionis
ab inimicis nostris. Vellus gedeo-
nis est virgo maria de quo vellere
christus vestem sibi fecit et tunicam. Vel-
lus suscepit rorem sine lane le-
sione. Maria concepit filium sine
carnis corruptione. Gedeon
expressit rorem et concham ex eo
impleuit. Maria enim que est sim-
ul totum mundum rore gratie
repleuit. Hec autem conceptio facta
est per annunciationem gabrielis. quod
figuratum est in seruo abrahe
et rebecca filia bathuelis. A-
braham misit seruum ut de genere
filio suo in sponsam prouideret
Rebeccam ad aquas potum prebentem
Sic pater celestis misit angelum
ut filio suo quereret virginem ma-
trem. Qui virginem deuotissimam
scilicet mariam inuenit que ei potum
i. indicationis sue consensum dedit.
Rebecca non solum nuntium sed et
camelos eius potauit. Maria
tam homines quam angelos fonte
vite potauit. Et de hac lega-
tione testatur euangelium hodier-
num quod scribitur Luce i. In illo tempo-
re missus est angelus gabriel a deo
Sicut dicit beatus bernhardus.
placuit deo eodem ordine et con-
silio reparare quo nouerat
hominem cecidisse. Accesserat autem ho-
mini diabolus. Diabolo desperante
serpente exequente dyalogo
inter eam et mulierem consen-
tiente. Reparatus est eodem or-
dine. deo desperante angelo
exequente dyalogo inter eum
et virginem consentiente. Nam prote-
rum venit plenitudo temporis
summi et felicissimi temporis. Sed prius in
parte celestis quibus summa tri-
nitas humanum genus per incarna-
tionem verbi prouidere ante tempora
ordinauerat. Rogatus deus
omnipotens gabrielem archan-

gelum suum de primis principibus
regni sui a patre eius in civitatem
Gallilee dictam Nazareth ad
virginem mariam desponsatam Joseph
sicut refert ewangelium. Cuius
quidam ewangelii verba misteriis
sunt plena. Et ideo probent et
radat diligenter sunt ponderanda
tanto quod cordi inserenda quanto
manifestius apparet quod in ipsis
tota nostre redempcionis summa
consistat. Libet ergo debemus
recordare de primis verbis nostre salu-
tis. Dicit igitur ewangelium. In me-
se sexto, scilicet sexto mense concepcione
precursoris. Littera quidem notandum
quod numerus senarius non vacat a
misterio. Unde christus conceptus est
sexta etate quia debebat per pas-
sionem perfectam numeris senarius
est perfectus. Item sexta etate
id est in millenario que est [illegible]
morum et post est limes et fi-
nis generis. Item sexto mense quo
in mense factus est mundus quia
per primam sexta debebat sic per
factus fuerat. Item sexta feria
quia illo die homo est creatus et
per passionem recreari debebat eciam
feria. Et ideo sunt eadem etate
eodem millenario eodem et eadem mense
feria passus revolutis xxxiii
annis. Item hora sexta passus
est qua hora sexta pecca-
verat homo. Et forte eadem
hora qua eva seducta fuerat per
dyabolum maria fuit saluta-
ta per angelum. Missus est igitur an-
gelus Gabriel qui dei fortitudo
interpretatur ut dei virtutem
et sanctam eterne sapientie nun-
ciaret in qua humilis appa-
rens aereas vel herecas po-
testates debellaret. Et ideo
merito de ordine archangelorum
esse debuit quia magna nun-
ciavit. Deus autem mittens an-
gelum fuit tota sancta trinitas
licet patri specialiter attribuatur pater
quidem misit quia a [illegible] habe-
bat providenciam de filio de
sponsa et genitrice filium vero

misit qui verbum erat in virginem
Spiritus sanctus autem misit quia ipse
habitatam sanctificare et obumbra-
re. In civitate Gallilee que inter-
pretatur transmigracio quia scilicet filius
dei transmigraturus erat de celo re-
gnum in exilium huius mundi vel forte
[illegible] in-
mortalis mortalis propositis consilio
eternis temporalia ut nos perduceret
ad eternitatem. In nomine Nazareth
quod interpretatur flos. Convenienter
sunt hec verba flos id est christus concep-
tus in flore id est in Nazareth. Et de
flore id est de beata virgine et in flo-
ribus id est tempore florum ut sic accipere-
mus florem in flore de flore in
flore. Est autem christus flos propter pul-
critudinem et decore sancte conversa-
cionis propter odorem suavis operacionis
propter fructum passionis et utilitate
conversacionis et confessionis
fidelium. Iste flos floruit in concepcione
apparuit in nativitate, emarcuit
in passione sed tamen refloruit in
resurrectione. Si vis ergo flore istum
carpe sequere decorem sue con-
versacionis predica odorem operacionis
et habebis fructum passionis et uti-
litatem conversacionis. Christus in [illegible]
[illegible]
na non voluit eligere magnam civitatem
sed terciam regionis fecit sed nazareth
civitatem parvam propter humilitatem exem-
ut nos doceret semper humilia loca
eligere. Sed in ierusalem magna civitate
pati elegit ut nos doceret obpro-
bria pro ipso coram multis non eru-
bescere. Missus est igitur ad virginem
non qualemcunque sed virginem mente
virginem corpore virginem professione
voluit autem christus nasci de virgine ut
sicut per evam virginem facta fuit
humani generis perdicio. Ita per mariam
virginem fieret ipsius reparacio. Item
ut fieret membra sua mistica de
virgine ecclesia per spiritum sanctum nasci-
tura ad quam virginem virginem de-
sponsatam viro cui nomen erat Joseph
virum nominat non quia maritus
sed quia vir virtuosus et iustus erat et in
libera. Et hic fuit testis legittimus

virum et Joseph i. accrescens scilicet pa
augmento virtutum de per quas muni
tur contra profectus pluribus. Tale
nomen decebat habere sponsum virginis
in quo munde debuit inscrium omnis
virtutis. Additur de domo da
uid ad ostendendum quod christus descen
dit de semine Dauid sicut fuerat
predictum per prophetas. Licet enim Jo
seph non fuerit pater salvatoris
sed virgo maria de qua christus carnem
assumpsit fuit de eadem tribu cum
Joseph scilicet de tribu Dauid que
fuit tribus nobilis et regia et pre
ceteris religiosa. Merito autem de
nomine virginis Maria. Hec enim ve
neranda nomine tres habet interpretationes
iuxta linguam hebraicam interpretatur
stella maris vel illuminatrix secundum
hanc ethimologiam amarum mare
Syriace vero domina interpretatur
Ipsa fuit maris stella in natiuitate
filii dei. tunc ei emisit radium totum
mundum illuminantem. Mare amarum
in filii sui passione quia tunc ipsius
animam pertransiuit gladius doloris
Et domina in sua assumptione quia
super choros angelorum est exaltata
Item dicta est stella maris in pec
catorum conductione quia per mare hu
ius seculi dirigit eos ad portum patrie
et nostrum ad filium perducit. In cuius signum
in natiuitate christi stella magis ap
paruit que eos ad natum infantem
perduxit. Unde oculi omnium peccatorum sunt ad
ipsam respicientes sicut oculi nautarum
ad maris stellam. Unde Bernardus. Ne auer
tas oculos a fulgore huius sideris
si non vis obrui procellis. Si insur
gunt te intelligis in huius seculi pro
fluuio magis inter procellas et
tempestates fluctuare quam super terram
ambulare. respice stellam voca
mariam. Si iactaris undis superbie
si ambitionis si detractionis si
emulationis. respice stellam voca
mariam. Si iracundia aut avaricia
aut carnalis illecebra naviculam
mentis concusserit. respice stellam voca
mariam. Si criminum immanitate
turbatus vel conscientie foeditate confusus
baratro desperationis incipias absor
beri. respice stellam voca
mariam. In periculis in angu
stiis in rebus dubiis mariam
cogita mariam invoca. Non re
cedat ab ore tuo non recedat a
corde tuo. ut et impetres eius
orationis suffragium ne deseras
conversationis exemplum. Ipsam sequens
non devias. ipsam rogans non de
speras. ipsam cogitans non erras.
Ipsa tenente non corruis. ipsa
protegente non metuis. ipsa
duce non fatigaris. ipsa propicia
pervenis. Et sic in temetipso expe
riris quam merito dictum
sit nomen virginis maria. ma
ris stella. Hec ille. Item inter
pretatur illuminatrix quia splen
dore gratie et exemplis sue sanctis
sime vite mundum illustravit. Unde
de ea canit ecclesia. Cuius vita
inclita cunctas illustrat eccle
sias. Item ait Bernardus. Tolle
hoc corpus solare quod diem (?) tol
le mariam hanc maris stellam
quid nisi caligo involvens
et umbra mortis ac densissime
tenebre relinquuntur. Hec ille.
Est quippe stella maris huius
ubique tenebrosi maris vel septi
lia quorum non est numerus plures
stellas habet celum. Maria una
stella hec pre omnibus aliis clariore
luce ... [illegible] illustrat exe
mplis ... [illegible]
Hec enim una dicitur esse sol
instar cuius fulgore omnia il
lustrantur que qui sequitur
non ambulat in tenebris sed
habebit lumen vite. Cuius ergo
fulgoris illa stella esse putanda
que tam tale quod solem peperit in mun
do. Item est amarum in peccatorum
conversione quia eis impetrat
ut que ... [illegible] desinunt petie
runt eis ... aqua carnalis delecta
tionis quasi in ... [illegible]
... totum quem ... [illegible]
tum mare ... in tota
vita sua fuit amarum et inspi
... desiderium videntibus.
... [illegible] Item habetur de
... a maris inuenitur in ipsa
est confluentia omnium gratiarum sicut
omnia flumina confluunt ad mare

Item est domina in temptatione subuen-
tione liberando homines de angustijs
suo tempore. patet quia et ut scribit
Remigius maria regina celi et maris
interpretata dulcedo et spes nostra
habet et nomen scilicet domina conuenienter
ei inpositum est domina vero tam hominum
in terra quam et angelorum in celo
et demonum in inferno. Est deo in
omni temptatione et maxime in infe-
statione demonum inuocanda
scilicet maria. Exemplum. Bernhardus. Non
sic timent hostes visibiles quam
castrorum multitudinem sicut ille po-
testates marie vocabulum patro-
cinium et exemplum. Sicut enim pulvis ante
faciem venti spergitur et sicut cera
liquescit ante faciem ignis. Sic
ad inuocationem huius nominis maria
fugiunt et pereunt demones. Exemplum
de milite. Et quarto item ad nomen
marie nominatum demonum effu-
gatur. Reis venia Egidius me-
dia peregrinationibus admirandum
dam hec ille. Missus est igitur
angelus ad mariam ut ei annun-
ciaret et diceret quod filium dei scilicet
eius conceptisset et eam sibi
in matrem elegisset. Ipsam quoque mo-
neret et induceret ut eundem
filium letanter susciperet quia
per eam totius humani generis
salutem dare specialiter decreuisset.
Et ingressus angelus ad eam
quod scilicet positum in sacra scriptorum
tabula ubi illa fortassis clausa
super se hostio orabat patrem in ab-
scondito. Nec est tamen commendandum
quod angelus inuenerit hostium a-
pertum. Cuius in proposito
fuerat fugere frequentias hominum
vitare colloquia ne vel orantem
perturbare silencium vel continentie
castitas temptaretur. Clausit
itaque illa hora et super se suum
habitaculum prudentissima virgo
maria hominibus non angelis
hec bernhardus. Non igitur in
plateis erat maria. Non in
publico morabatur. Intus erat
in penetralibus. Sola sedebat non
tamen sola tanto videlicet decora-

ta admissa. Unde Crisostomus. Inuenit
eam hec maria non foris vagantem
sed solitarie et contemplationi va-
cantem. Credendum est autem quod tunc
erat tota abstracta in deuotissima
oratione vel intima consurgente
forte tunc stat ex meditatione super
salute generis humani quod per
virginem debebat saluari. Unde
et quidam dicunt eam tunc actu
legisse illud Ysaie vii. Ecce vir-
go concipiet et pariet filium. In hac igitur
actu tam intime contemplationis
quo erat deo totaliter coadunata. In-
gressus est angelus ad eam. Ratio-
nabile enim videtur quod cum cor talita
voluit sibi uniri cum eternum tunc
ipsa sibi sponsat in actu contempla-
tionis sunt coniuncta. Ingressus itaque
angelus ad eam in thalamo et con-
claui domicile sue manentem et ei ad
sensibili corporali visione et humana
specie apparens dixit ei Aue gracia
plena dominus tecum benedicta tu in
mulieribus. Angelus enim forma homi-
nis apparens quod exemplo docuit qui
deum incarnari et sponsam cooperari
mutauit quia cum mutauit illum
qui iam inuisibilis corporis visibile
voluit ex virgine sumere. Congruum de-
buit corporali specie apparere. Formauit
igitur angelus sibi corpus quemadmodum
Exemplum in angelis facit intelligamus
et consistens virgini apparuit. Con-
ueniebat vero annunciator incarnatio-
verbi ut scilicet ipsum primus conciperet mente
cum carne. Dicit enim Augustinus de
sancta virginitate. Beatior fuit maria
percipiendo fidem cristi quam
concipiendo carnem cristi. Nam fratribus eius id est
cognatis in carne qui non in eum crede-
rent quid profuit illa cogna-
tio. Sic et maternitatis propinquitas ne
marie profuisset nisi feliciter cristum
corde quam carne gestasset. Igitur
ingressus ad eam verecunde humi-
liauit se sicut docent teste dominum talem
mittens talem legationem ad talem virginem
que ad dominum erat uncta mente
et toto corpore. Salutans igitur angelus
nomine aue dicit virgini. Aue

Pa· hec indicatur ad liberationem ab omni
ve/ quod illa meruerat per consen-
9 sum peccati/ scilicet a feditate concipi-
endi· a gravitate portandi· a la-
bore pariendi· et ab omni origina-
li et actuali· Et subdit Gracia
plena· quia aliis per partes ad mensuram gracia
datur hec autem sola gracia consti-
tuta est quia nunquam aliqua meruerat ut
gracie repleretur autore/ que ad gratiam
plena sit priusquam aliquem concipiat
post conceptionem quanta gracia habun-
dat quis cogitare potest vix so-
lummodo· Bene gratia plena dicitur quia
ceteris per partes datur gracia Ma-
rie vero simul se tota infundit
gracie plenitudo Vere gratia plena
per quam large sancti spiritus ymbre
superfusa est omnis creatura/ que
celis dedit gloriam terris deum pa-
cem quod reddidit hominibus fidem gen-
tibus finem viciis vite ordinem mo-
ribus disciplinam adeo plena ut quicun-
que in ea quesierit inveniet Dicitur
quod a Dominus tecum scilicet in utero
qui est tecum in mente adimpleat
ventrem qui adimplet mentem
Secundo tria possessione potentiam
et presentiam que est in qualibet re/ nec
solum per graciam eo modo quo est in sanctis
hominibus Sed et per carnis assumptionem
Secundus seraphinos principes Ubi
nota quod licet tota salutacio ange-
lica sit virgini gratissima tamen
ista clausula scilicet dominus tecum potis-
sime eam delectat Et ideo singula-
ri devocione est dicenda Merito
cum non erat cum virgine Notum
misit inimicum quomodo singulari cum
ea voluit esse Hec est sola pre om-
nibus mulieribus benedicta Prius dice-
bant mulier subiacet maledictioni
duplici ex legibus Nam corrupta subia-
cet maledictioni dicenti Genesis iii
In dolore paries. Et virgo autem
subiacet maledictioni legis in
qua erat maledicta sterilis Sed Ma-
ria utramque maledictionem vitavit ma-
ledictionem duplicem quia virgo permansit
maledictionem legis quia filium ha-
buit ymmo primiciarius virginum
dicitur Sed sub hoc virginitatis stat de-
obtulit maledictionem legis absoluit

Et merito benedicta dicitur quia per
ipsam nos a maledictione liberatum
Et notandum quod super hanc saluta-
tionem nunquam homo pervenire vo-
lebat/ nec aliquis excellentius
dulcius et gracius beatam virginem
salutare poterat quam hac salu-
tacione Etenim quam deus pater dicta-
vit et per angelum destinavit
In cuius verbis simplicibus dulcissima
dulcissima misteria implicantur
Nam deus pater sua omnipotencia
eam confirmavit ut quasi ymmu-
nis ab omni ve quod importat id
quod ave Filius quoque dei sua sapiencia
sic eam illustravit ut quasi stellam
mundo quo celum et terra illu-
straretur quod notat hoc vocabulum
maria quod sonat id quod maris stel-
la Spiritus sanctus eam sua
tota dulcedine eam pe-
netrando sua gracia tam gracio-
sam effecit/ ut omnis qui que-
sierit per eam graciam inveniat
quod innuitur in hiis verbis
Gracia plena In hoc autem verbo
Dominus tecum innuitur misterium
ineffabilis unionis et opera-
cionis qua tota trinitas incar-
nacionem sic carnis sacramentum
divine nature in una persona co-
pulavit Ita ut deus fieret
homo et homo deus/ quod in ea
hora dulcedinis habuit nulla
unquam homo ad plenum expe-
riri potuit Per hanc autem sa-
lutacionem clare Benedicta tu
in mulieribus omnis creatura
modo suo cognoscit et testa-
tur benedictam exaltatam super
omnem creaturam tam celeste quam
terrestre per benedictum fru-
ctum ventris tui benedicatur
et extollitur Ipse excellentis-
simus fructus virginalis qui omnem
creaturam vivificavit/ sanctifi-
cavit et meritum benedixit
ut ergo virginem excellenter dulci-
ter et grate possemus salu-
tare et eius gaudium inefabile re-
novare ac ad memoriam redu-
cere/ credo eam tam dulci versu an-

gelice salutacionis non negligamus
et deuote salutacionis oscula
saltem pedibus eius inferri de in-
fige d. Aue maria etc. Bern.
Est tibi ergo maria quod oscula
audire huius versum an licet
Aue maria. Et iterato nos o
beatissima osculantes quoniam
per aue deuotes salutamus. Et
ergo fiet crucifixum ad ymaginem
eius attendite. Benignitatis
oscula a inprimitur. Aue gra-
cia plena. Et iterum celi rident
Angeli iubilant demones
contremiscunt cum dico aue
maria. Hec ille. Moraliter
tanguntur hic sex condiciones
quas debet habere quelibet anima de-
uota et sancta custumque spiritualiter con-
cepturus. Debet enim habitare in
quadam separacione et alienacione
omnis create delectacionis ut
sic habitet in galilea quod inter-
pretatur transmigracio. Illa enim anima
celeste habitat in transmigracione
que transmeauit omnem creatam
delectacionem. Ita quod nulla re crea-
ta amplius delectatur nisi in-
quantum in ea relucet ymago et per-
fectio creatoris et sic quod non solum natu-
ram diligit. Deinde debet ut
vllam diligit nisi inquantum in
ea relucet deus vel ymago dei
ut per custum vel insignum sit
accomoda vltime saluti sic
alie res. Secundo talis anima
debet habitare in quadam florida-
ne deducimus operacione opera-
cione ut scilicet habitet in Nazareth quod
interpretatur flos vel virgultum
sanctitatis vel consecracio ut scilicet
floreat vel in flore habitat
et candore innocencie sit vir-
gultum dulcore diuine influencie
sanctitatis feruore caritatis
et inhabitet in quadam contra-
cione splendore veritatis. Po
clara debet esse virgo ut ab omni mo-
tu non solum spiritum debet et omnia ere-
tum sit restricta. Ita ut nichil
in ea corrupcionis valeat
subintrare. Nec per viam spiritum in-
agendi quod moueat ad carnalita-
tem nec per vias eius intellectuali veniat
agendi quod tendat ad curiositatem et va-
nitatem. Quartum quecumque anima talis sine
racione non tenetur. Et iterato talis anima
debet esse desponsata ut fidem et amo-
rem ad vnionem boni restringat
tare alleluia. Quia quem meruisti
portare alleluia. Resurrexit sicut
dixit alleluia. Statimque beatus Gregorius
quod sequitur adiunxit. Ora pro nobis deum
alleluia. Et tunc beatus Gregorius super
castrum Crescencii vidit angelum do
mini gladium cruentatum tergentem
et in vaginam reuocantem. Intellexit
itaque beatus Gregorius quod preces eorum
dominus exaudiuit eo quod postulare non
cessauit. Et hoc ideo quia deum sim
pliciter et deuote petebant. Unde
et nos si volumus quod orationes et
petitiones nostras deus exaudire
dignetur oportet ut cum orationes fideliter
humiliter et deuote quod si fecerimus
dicit beatus Bernhardus unum ex duobus
indubitanter sperare debemus
quia aut dabit quod petimus aut quod
nouit vtilius prout ipse dominus
in ewangelio Mathei viio hortatur
nos ad petendum dicens Petite et ac
cipietis. Querite et inuenietis pul
sate et aperietur vobis. Omnis ei
qui petit accipit et qui querit
inuenit et pulsanti aperietur.
Debemus ergo petere fideliter nil
hesitantes et accipiemus. Nam quia
mulier cananea fideliter petiuit
dominus fidem eius commendans dixit
O mulier magna est fides tua
fiat tibi sicut petisti. Mathei
xv. Similiter quia Centurio petiit
pro sanitate serui sui et dixit domino
Dixisset Ego veniam et curabo
eum. Et ipse respondit Domine
non sum dignus ut intres sub tectum
meum sed tantum dic verbo et sana
bitur puer meus. Dominus admi
ratus sequentibus se dixit. Amen
dico vobis Non inueni tan
tam fidem in Israhel. Et ait
Centurioni Vade et sicut cre
didisti fiat tibi. Mathei viii. Sic
et nos debemus etiam petere humiliter
quia oratio humiliantis se nubes
penetrat. Quia cum talem orationem
publicanus habuit qui a stans
a longe non audebat oculos
ad celum leuare sed percuciebat
pectus suum dicens. Deus propicius
esto michi peccatori. Et ideo iusti
ficatus descendit in domum suam
Luce xviiio. Ideo dicitur in psalmo
Respexit in orationem humilium et non
spreuit preces eorum. Talem etiam
orationem humilem habuit Maria
Magdalena que cecidit ad pe
des Christi tanquam peccatrix fa
ciem eius non audens intueri
propter quam humilitatem et amorem
meruit omnium peccatorum remissionem.
Similiter legimus de beato Petro
Luce v. quod cecidit ad pedes Ihesu
dicens Exi a me domine quia peccator
homo sum. Et ait dominus ad eum
Noli timere ex hoc eris iam homines
capiens. Debemus insuper
petere deuote id est pro deuota vo
cordis et oris. Nam pro deuota

ra sensata sed devocio cordis
Non tamen clamor sed amor sonat
in aure dei. Unde Augustinus: Cum
orat clama non voce sed mente.
Nam tacitos exaudit deus. Ut
de Anna matre Samuelis scribi-
tur. Sequitur subditur j Regum
j°. Itaque cum esset in amore animo
oravit dominum flens largiter. Por-
ro loquebatur in corde tantum
quod labia eius movebantur
et vox penitus non audiebatur.
Sicut Heli putabat eam temu-
lentam. Dicit hic scriptura quod dominus
exaudivit eam in omni peticione
quam petebat. Sed hic ut dixi ad
adest oracio vocis vocalis. Devota
enim modo sit efficacior quia et propter-
ea aliis confirmatur et dominus
eam libenter audit. Unde legitur de
Ezechia rege iiij Regum xx° c°
quod cum infirmaretur ad mortem
dominus misit ad eum Isaiam prophetam
ut diceret: Dispone domui
tue morieris enim tu et non vives.
Convertit faciem suam ad pa-
rietem oravitque dominum dicens: Obsecro
domine quod ambulaverim in veri-
tate coram te et in corde perfecto
et quod placitum est coram te fece-
rim. Flevitque fletu magno
et antequam egrederetur Isaias
mediam partem atrii factus est sermo
domini ad eum dicens: Revertere et dic
Ezechie duci populi mei. Hec dicit
dominus deus patris tui David: audivi oracionem
tuam et vidi lacrimas tuas et sanavi
te. Die tercio ascendes ad tem-
plum domini et addam diebus
tuis xv annos. Sed et de manu
Assiriorum liberabo te et civitatem te-
ham et protegam urbem istam
propter nomen meum et propter David
servum meum. Ideo dicit Augustinus:
Oracio que oratur sub devocione
satisfaciendo demonibus ante fla-
gellum et Cassiodorus super psalmo.

dicit: Vere oracio ita deum suspen-
dit. Venia prorogatur pena restri-
ngitur i. Ezechie. Et pretermissa lar-
gitas impetratur. Anima in tempore oracionis
a malis habet ... Ideo et semper
in suis peticionibus exaudiebat. Ista
est quod auricula matutina promeruit
obtinere sicut ex ipsius persone lau-
dibus clara quam pro ea parte ser-
monis dicere.

Sermo Philippi et Jacobi

Cristus dominus apostolos ali-
quos docuerat ad imi-
tacionem humilitatis et pa-
ciencie ut in Mathei xi
Discite a me quia mitis
sum et humilis corde. Secundo in loco
exemplum ut habetur Iohannis xiij° quemque
ad imitacionem pietatis et misericor-
die in Luce vi° Estote misericordes sicut et
pater vester misericors qui Luce
vi quibus ad imitacionem sue obediencie
et multiplicavit confortabat eos quia pres-
suras et miserias huius mundi lucra-
bidem. Sed hic etiam vir consi-
latorum hortatur eos ad fidem con-
stanciam et stabilitatem. Pro qua exor-
te ut ab eis omnes turbacionem et for-
midinem. Item ostendens se esse viam
deinde ubi credit in deum et in
me. Iam certificando eos de consu-
macione premii celestis in Iohannis domo patris
mei mansiones multe sunt et
iam promittens eis redditus sum
ubi. Et si abiero et preparavero vobis
locum iterum veniam et accipiam vos
ad me ipsum ut ubi ego sum et vos
sitis. Iam ostendendo eis viam per
quam possent ad eum venire. Et
quo ego vado vos scitis et viam
scitis. Et subdit: Ego sum
via veritas. Et pro eorum consolacione
placione declarat quod ipsius tran-
situs ab eis erat eis maxime utilis
quia preparatorius regni celestis fuerat
sed cum eis disputacione doctrina salutis
ostendendo quod ipsa esset via ad regnum
celeste.

prius corpore quam veritas / quia pater
cum nos sciamus quod ipse una cum pre
sit una eterna obiectione. Nota
diebus quia eo in patre et pater in me est.
Ostendit consequenter quid quo omnes cog
nitione possit devenire ad cogni
tionem patris ex qualitate operis ex
doctrina et opere. Sed Si verbis
que per parabolam loquimur non credi
tis operibus que pater in me ma
nens facit credite, et redargu
it eos quia tanto tempore doctrinam eius
audientes et opera videntes nec ipsum
Christum nec patrem in ipso mane
ntem cognoverunt. Qui credit
in me opera que ego facio et ipse
faciet. Et in fine promittit
duos fructus fidei primo miraculo
rum operationem, Secundo om
nem petitionum obtentionem ibi Et ipse
faciet et maiora horum faciet. Et
subdit Et quodcumque petieritis pa
trem in nomine meo hoc etc. Et
hoc est sicut evangelium quod incipit
Dixit Jhesus discipulis suis Non tur
betur cor vestrum neque formidet scilicet
de mea passione et morte. Et
scribitur Johannis xiiii° capitulo. Circa
cristus propinquans passioni et mor
ti turbationes quas propter ista plorat
ingressi sunt et timuerunt. Et hii apo
stolos ab hiis revocat et si
in talibus non dicunt temptatio
nes propter quod scriptum est qui
sine timore est non poterit iustificari.
Et dicit magister concessionem ad se
pertinet debere fieri in fletu et
planctu et suspirione cordium et
Augustinus. Et sicut ipse: oportebat
quod sicut nos excitavit ad su
prema, ita nobis compateretur ad
infima. Ad hoc Augustinus. Et dicit eum
ostendere quod iste passiones non
eorum passiones fuerunt in Christo et
sunt in nobis. Unde dicit quod ob
ille passiones in Christo ab ipso

et in ipso commote sunt. Sicut
enim mortuus est quia voluit et potuit
ita est turbatus et timuit. Quoniam
in eius potestate talia non sunt
ergo quando ad hoc temptatio nobis
precluditur. Nobis autem omnis tur
batio et timor licita sunt. Et exce
pit illos qui vel sunt quasi vias vel
advenant penitent. Et non
enim prohibet hic turbari et do
lere quia causa licita. Atque a ra
tione turbationibus nisi superari a dilecto
qui erat sanctus et beatus potens
in opere et sermone, et nullus ulterius
nec potuit fallere nec falli, non ergo
prohibet turbationem doloris cum
et animam Marie gladius doloris
pertransiit nec timorem futuri persecu
tionis, eadem diceret. Cum per
secuti fuerint vos in una civitate
fugite in aliam. Sed prohibent eos a
turbatione scandali et a timore
qui in desperationem inducat quando dicit
Non turbetur cor vestrum de mea morte
quia de morte pueri hominis, ut vi
dentes me mori scandalizemini
et ut moriendo me mereamini mor
te nec formidet, ut excidere ve
niatis ex spem et moriendo
periculum a vestra memoria et
amore, hoc enim timebat apostolus
scriptum erat quod me mortuus
a talibus dicitis debebat consola
ri quod ergo eis diceret potuis
set cor vestrum hoc timere morte subli
nitum per fide, ut nec in eadem
morte humani fide tenetis
teneatis de divinitate. Et secundo
ad hoc sed ponitur in eadem a
postolos dicebat. Unde subdit
Creditis in deum et in me credite
quasi dicit secundum Augustinum: Si in deum cre
ditis consequens est ut in me cre
datis quod non est quia si Christus deus
non esset. Sed enim qui credit
in deum patrem credit et in filium
dei propter humanitatem. Et ita
qui honorificat patrem honorificat
filium qui misit illum, et qui non

honorificat filium non honorifi-
cat patrem qui misit illum.
Nam si incarnacio filii dei cre-
ditur, deus pater in ipsius fide
credulitate honorificatur, quia
incarnacio filii est patris potencie et sa-
piencie et bonitatis. Est declara-
cio et cognicio tue. Est iusticie et
pietatis. Credendo ergo deum fi-
lium esse hominem tenemus hoc
opus esse patris potentissimi
sapientissimi benignissimi lar-
gissimi et iustissimi et sic
in opere tali honoramus patrem.
Si autem in patrem credimus et non
tamen credimus incarnacionem filii
in hoc deo patri quedam de-
trahimus quasi non esset tante ca-
ritatis potencie sapiencie et boni-
tatis. Unde dicit angelus: Non
est impossibile apud deum omne
verbum. Christus ergo dicit: Cre-
ditis in deum et in me credite
q. d. secundum Augustinum: Morte metu-
ros inferri hinc formidantes
Nolite expavescere suscitabit
eam forma dei. Non ergo debe-
bant timere quod christus homo perire-
t in morte, quia sic potestatem
habuit ponendi animam suam
sic habuit potestatem sumendi eam, eo
quod divinitas illi humanitati
unita non dimisit eam dare unde
corrupcionem, unde idem psalmista: Ego
dormivi et soporatus sum, quod le-
gitur in persona humanitatis, Christo
subditur: Et exsurrexi quia
dominus suscepit me. Ex quo ha-
betur quod fides incarnacionis fi-
lii patris christi fuit homini erat
necessaria ad salutem secundum magistri
explanacionem tercia probata.
Sola autem actuum iiij^to Non est aliud
nomen datum hominibus sub ce-
lo in quo oportet salvos fieri nisi
ihesus christus. Hoc est fundamentum
preter quod nemo potest aliud
ponere. Hic est primus lapis super
quem alii omnes lapides consistunt.

ti sunt. Et ideo dicit Augustinus: Ea-
dem fides mediatoris est que nos
salvat que antiquos pusillos
cum magnis iustos salvabat. Dicitur
sicut nos credimus christum in car-
nem venisse, ita ipsi credebant
venturum. Sed quo apostolus premonu-
it ne extra mortem amittant fidem
que est necessaria ad salutem
qua non existente hac fide periret
homini beatitudo promissa. Sed
eorum divina predestinacio et
vita in prophetis. Et veritas divine
promissionis corruisset. Et quid
valuisset divina predestinacio qua
deus designat ad vitam eternam
quos voluit si christus non fuisset incarnatus
natus mortuus, et sic hinc divina
ordinacio sine racione prestat effectum.
Et ideo ulterius dicit dominus
natus de virgine maria passus
est et mortuus. In domo patris
mei mansiones multe sunt, id est ha-
bitacula retribucionum. Quasi diceret domus
illa beatitudinis eterne non fuisset
creata, sed iam ipsa creata est ad
manendum non quidem divinitati.
Prima divinitas loco non indiget
sed ad manendum pro beatis angelis
et hominibus predestinatis. Una
quippe domus sed diversa habitacula
est una beatitudo sed diversa retri-
bucio in ea. Unusquisque denarius sed da-
tur pro merito et labore suo. Et tanta
erit ibi diversitas mansionum quanta
meriti. De quo quilibet locum habebit
sue felicitatis. Iuxta illud apostoli:
Sicut stella differt a stella,
ita erit in resurreccione mortuorum. Et
mansiones multe in celo propter hanc
diversitatem felicitatis quia omnes licet celo
eum in mensura meriti dicuntur sed sub li-
mitacio premii. Unde in domo patris
sunt in celo multe mansiones
diversis virtutibus quas nunc acci-
piunt secundum opera, et ita multitudo
non dicit aliud quam differentiam pa-
rium beatitudinis parcium id est differen-
tiam videndi causa divinitatis
et humanitatis Christi in quibus consistit

habitudo sunt ergo in mansiones et
non erant disposite secundum quem po-
tuit descendere ad manendum in habi-
taculis illius domus quos potuit ce-
lum penetrare quos nunquam potuit
venire ad locum sibi debitum ex di-
vina predestinacione Ex quo ia-
nua celi clausa fuit Ex quo di-
vina visio obstaculum habuit Ex
quo tenebre et umbra mortis omnes
tenuerunt Erat ergo mediator ne-
cessarius pro assecucione salutis
propter quod sequitur Vado ad pa-
trem vobis locum parare scilicet ad
passionem et ad mortem in assumpta
humanitate in qua facta est aper-
cio ianue celi id est totum impedimen-
tum beatitudinis est amotum Nam
cristo moriente quia latronis beati-
ficata est et alie patrum in limbo per
mortem cristi pervenerunt ad claram
visionem dicitur ubi vado ergo vobis
parare locum id est tollere impedimen-
tum salutis per mortem meam quia mors
cristi necessaria erat ad redemptionem quia
nec salvari poteramus nisi tunc vinge-
ret filius dei pro nobis debitori-
bus morte moreretur ut dicit glo-
sa super id ad hebreos ix ut mor-
te intercedente in redemptionem earum
prevaricacionum etc Et si abiero id est hoc
confirmatur celos ascendendo et pre-
parabo vobis locum in celestibus
quia nullus poterat prius celum
ingredi nisi qui de celo descendit
Iterum ad vos veniam quod fiet in
morte cuiuslibet et iudicio mundi-
no finali et accipiam vos ad me
glorificatos in corpore et anima Ut
ubi ego sum et vos sitis Ecce quod
xc docuit apostolos consolans ne
turbarentur Nam ex quo erat deus
de sua morte non debebant turbari
Ex quo mori voluit ut dedu-
ceret eos ad premium Non debebant
timere ne perirent in sua mor-
te quia debebat abire sic abire
quod debebat ad eos redire et eos
ad se accipere et collocare ubi ipse
manere debebat Non debebant

molestie facere sua recessio Et
quia poterat eos turbare igno-
rancia vie ad cristum Ideo de
hoc eos alloquitur dicens quo vado scitis
id est terminum habitudinis scitis id est
scire debetis / racio quia cristus
sepe loquebatur eis de beatitu-
dine et utique dicta salvatoris
debuerunt tenere fide et viam
scitis qua ad beatitudinem itur scilicet
scitis id est scire tenemini Racio
prima ex quo cristus itaque viam
docebat ut magister et pre-
dicavit ipsius clari discipuli de-
bebant eam scivisse Vel sic quo
vado scitis et viam scitis id est me
Nam ipse erat via et tamen quia
apostoli cognoverunt cristum
esse verum hominem et filium dei vivi
Non solum ex sermonibus Non
solum ex operibus Non solum ex mo-
ribus Sed etiam ex revelacione dei
patris Math. xvi caro et san-
guis non revelavit tibi sed pater meus
qui in celis est Ad hoc thomas
respondit domine nescimus quo
vadis et quo possumus viam scire
Dubitacio thome erat [illegible]
da secundum utiles pro ipsius elucida-
cionem Nam vel allegandum
apostoli licet scivissent esse cristum
deum et hominem non tamen scierunt
ipsum esse sub racione vie ut scie-
runt ipsum esse deum sub illa
racione quod in eo consisteret bea-
titudo in qua est veritas et vita
Unde dominus explanando dubi-
tacionem thome dicit Ego sum
via veritas et vita Via in
humanitate Veritas et vita in
divinitate Cristus enim ex quo deus
et verbum patris est veritas
lucens Iuxta illud Iohannis i lux
in tenebris lucet Est et vita
Iuxta illud Vita erat lux homi-
num quia non habemus viam qua
veniremus ad veritatem et vitam
Ideo veritas et vita assumendo
hominem factus est via Ambula
inmo per eam non perdibus

Secundum moribus hec dei et via sanctae
et prudentiae via peculiaris perfecta
recta, secura et necessaria, quia
nullus alia via potest venire ad
vitam. Dicat ergo cum Ps. Notas mihi fecisti
apud viam. Scilicet Jeronimus. Id Deus
possidet in medio viarum suarum.
Igitur ab hac prima preambole ex-
ordiendum. Et exemplo est quia
est via volunt nos ab aliquo te-
nere, ut a temporalibus licet ea pro
vita salute sustineamus. Secundum volunt
ut ad omnem alacritatem currentes
Deo etiam ad prosperum nobis
lactamur. Secundum hec via an-
gusta est. Est enim via absti-
nentiae castitatis humilitatis
et omnis religionis. Unde dicit
Secundum quia arctus istam intraverunt
ad suum regnum. Sequamur igitur
vestigia eius si desideramus ad
vitam et ad veritatem pervenire.
Dicit Augustinus: Dicitur amara et du-
ra quia aspera est, quia hec itinera
habent. Secundum quod ad hoc dicimus
caput transeunt, transierunt pillas
et adhuc modica dubitant si
autem quis dicat quod erat deus
et homo. Nos autem soli homines
sumus ad hec viam, longe quod totum
alia martirum transierunt, transie-
runt enim senes, iuvenes et puelle
et viam tectam fecerunt ambulantes
ergo habent viam securam ambulans
hec ille. Non attendas oblectamen-
ta presentia quia falsa sunt, quia
ad vitam ducunt, hec mortem
prima mestas, quia ad vitam intra-
tis. Ideo est est via veritas
et vita per Christum enim pervenitur,
quia ipse est via ad Christum per-
venit quia ipse est veritas, in ipso
permanebit, quia ipse est vita. Nec
credendum quod aliquis possit unquam
venire ad visionem dei patris nisi
per istam viam quia est Christus. Nemo enim
venit ad patrem nisi per me, quo
ergo assequemur beatitudinem que
consistit in visione patris et filii
si non viveremus ut iste. Dicit
enim nobis: Exemplum dedi vobis

ut quemadmodum ego feci et vos facia-
tis. Nullus ergo excelsa divinitate
pertinget nisi in virtute humilitatis
perseveret. Eundem ergo dicens Augus-
tinus et nobis etiam ad iste
pater manens in me facit opera.
Et si nolumus imitari Christum, ostendimus
nos per quos tunc Christo enim ut ex
verbis nec ex operibus cognoscimus
quomodo credimus. Secundum nil dignum
fide facimus prout illi faciebant
qui fideliter credebant. Si petimus
et tamen nil a deo obtinemus, eo quod
inconstantes fidei sumus. Attendamus
quod qui volunt cum Christo venire
debent sicut ipse ambulavit et
ipsi ambulare. Sic enim ambulan-
tes ad ipsum veniemus qui est via
veritas et vita prout ait. Sic
ambulantes ad eum venerunt
sancti apostoli Philippus et Jacobus
quorum hodie sollemnia per universum
sanctam venerabiliter ecclesia sicut
ex eorum legendis, quorum vita
audivimus dicam repetamus. De-
inceps vita sancti Philippi et
Jacobi.

Post passionem domini
salvatoris et annos per
xxvi sanctus Philippus
per Scythiam gentibus
evangelium predicavit. Ubi cum teneretur
captus a paganis et ductus ad statuam
martis et sacrificandum compelle-
retur. Tunc subito draco quidam
ingens de statua exivit, qui
filium pontificis qui ignem administrabat
in sacrificio interfecit et alios
duos tribunos qui preerant pro-
vinciae, cuius officiales te-
nebant sanctum Philippum apostolum.
Deflati autem draconis omnes
egrotare ceperunt. Tunc sanctus
Philippus dixit omnibus: Audite
consilium meum et recuperabitis
sanitatem. Et illi qui mortui sunt
suscitabuntur. Draco enim qui vobis
nocens erat in nomine dei fuga-
bitur. Dicunt ei omnes: Obedire
te volumus. Dicit eis Philippus:
Deiciate hunc martem et confringite

Et in loco in quo videtur stare
crucem domini nostri ihesu xpi affigi
te Tunc illi qui languebant
ceperunt clamare Recipiatur
in nobis virtus Et draconem
hunc imperate fieri itaque secundo
apostolus dixit Precipio tibi dra
co in nomine domini nostri ihesu
cristi exi de loco isto et vade
et moreris in loco deserto ubi
non est accessus hominum Et ita
vadens nemini nocebat Tunc dra
co ille velocissime cepit recedere
nanter et ultra nusquam compa
ruit Apostolus autem domini filium
pontificis qui ministrabat igne
sacrificiorum et duos tribunos qui
mortui fuerant in nomine domini
nostri ihesu xpi suscitavit Omnem
quoque turbam que turbata fue
rat de flatu draconis sani
tati pristine restituit Hii scilicet
est et universi qui philippum
apostolum persequebantur
primam agentes penitentiam
quem deum adoraverunt ipse
autem sermone quem fatebatur et
per unum annum integre docebat
eos qui quod periculitatem hu
adventus domini subveniss quod
natus ex virgine est passus et
tercia die resurrexit quod post
resurrectionem suam celi que
in passione sua docebat
quo misit spiritum suum quod pro
misit qui in specie ignis venit
sedit super apostolos et omnes
linguas et sermones merue
runt apostoli instruxit Ergo
vos omnes hunc cognoscere vos
sicut ydola ista vana esse et
iactoribus suis inimica hec
et his similia dicente bea
to philippo apostolo sermone
crediderunt et multa milia
ex eis sunt baptizati Demum
ergo clericis et clericatus eis et
episcopo et presbiteris et dyaco
nis ac ecclesie in multis con
structis ipsorum revelacione

ad asiam est reversus in civitate
yeropolim ubi quoque commoratus
heresim maximam ebionitarum
extinxit qui dicebant non vere
hominem natum ex maria virgine
nec vere dei filium carne assum
psisse Erant autem sibi filie eius
due sanctissime per quas deus mul
tos ad fidem convertit et multi
tudine virginum sanctus apostolus est
lucratus Ipse autem philippus
ante septem dies obitus sui
vocavit ad se omnes presbiteros
et dyacones et vicinarum urbium
presbiteros ac episcopos et
dixit eis hos istos dies mihi
deus in hac vita concessit propter
ammonitionem vestram Memores
estote doctrine domini nostri ihesu
cristi et state viriliter Dominus
autem complevit promissa sua et
corroborabit animas vestras Erat
autem annorum 87 post hec infi
deles ipsum tenuerunt et eum
ad instar magistri quem predicabat
affixerunt cruci et ad dominum mi
gravit ac feliciter vitam finivit
In eadem civitate positum est cor
pus eius simul et filiabus suis
nobis due sancte virgines filie
eius in ... cum una a dex
tris et alia a sinistris sepulte
sunt Prestantur autem benefi
cia apostolo philippo orante
omnibus qui credunt in verum
deum patrem omnipotentem et impi
ssim ingenuitatem quem nos
legimus vidit nam unde pater et in
filium eius unigenitum dominum nostrum
ihesum xpistum qui crucifixus est
propter salutem seculi et vivit et reg
nat in trinitate perfecta illuminatione
luminum in ... et nunc et semper
per infinita secula seculorum Amen

Sequitur nunc vita sancti Jacobi

Jacobus apostolus
vocatur Jacobus
alphei scilicet frater Jacobi
fratris domini nostri Or

dicitur Jacobus et Jacobus minor et Ja-
cobus Alphei. Dictus est non carne
sed et in nomine interpretacionem.
Alpheus enim interpretatur doctus
vel documentum vel fugitivus vel
millesimus. Dicitur ergo Jacobus Al-
phei quoniam fuit doctus per scientie
inspiracionem, documentum per aliorum
erudicionem, fugitivus de mundo
per contemptionem et millesimus
per humilitatis reputacionem. Frater
Domini dicitur eo quod ipsi
similis fuisse perhibetur adeo
ut plurimi in eorum facie fallerentur.
Unde cum Judei ad capiendum
Christum pergerent, a Juda qui
Christum et Jacobum tamquam eorum fa-
miliaris optime discernebat
signum osculi receperunt.
Hoc etiam testatur Ignacius in
epistola ad Johannem ewangelistam
dicens: Si licitum est mihi apud
te ad Jherosolimam ascendere
volo ut videam illum venerabilem
Jacobum qui cognominatur Justus,
quem referunt Christo simillimum fa-
cie, vita et modo conversacionis
ac si eiusdem uteri frater esset
gemellus, quem dicunt si videro
ut ipsum Jhesum secundum omnia corporis eius
lineamenta viderem. Vel dicitur fra-
ter Domini quia Christus et Jacobus qui de
duabus sororibus descenderunt
de a duobus fratribus scilicet Jo-
seph et Cleopha descendere putaban-
tur. Non enim dicitur frater Domini quia
fuit filius Joseph sponsi Marie
de alia uxore sicut aliqui volue-
runt dicere, sed quia erat filius
Marie filie Cleophe, qui quidem
Cleophas fuit frater Joseph, licet ma-
gister Johannes Beleth dicat quod
Alpheus pater ipsius Jacobi fuit
frater Joseph sponsi Marie, quod
tamen non creditur. Judei enim fratres
vocabant quos ex utraque parte san-
guinis attingebant. Vel dicitur
frater Domini propter prerogativam
excellencie in sanctitatis.

Ob quam preceteris Jerusalem episcopus
ordinatus. Dicitur autem Jacobus minor
ad differentiam Jacobi Zebedei. Licet
enim Jacobus Zebedei sit prior in
ti vocacione, posterior. Unde ac hec con-
suetudo in plerisque religionibus
observatur ut ille qui prior in-
greditur maior vocetur. Et ille
qui posterior minor, licet sit etate ma-
ior aut sanctitate dignior. Dicitur
Jacobus Justus propter meritum excel-
lentissime sanctitatis. Nam enim
tante reverentie et sanctitatis
in populo extitit ut fimbriam eius
vestimenti certatim tangere cuperent.
De cuius sanctitate sic scribit
Egesippus apostolorum vicinus in
historia ecclesiastica. Suscepit
inquit ecclesiam frater Domini Jacobus
qui ab omnibus Justus est cognomina-
tus a temporibus Domini usque
ad nos. Hic ex utero
matris sue sanctus fuit, vinum et si-
ceram non bibit. Carna-
les motus volens refrenare
carnes nunquam manducavit. Ferrum
in caput eius non ascendit. Oleo
non est unctus. Balneo non est
usus. Sindone id est veste linea
semper indutus. Genua
flectebat ut callos ad modum
cameli in genibus in calcaneo vide-
retur habere. Pro hac iustitia perpetua
et summa iusticia appellatus est
Justus et Oblias, quod interpreta-
tur munimentum populi et iusticia.
Hic solus inter apostolos propter
suam nimiam sanctitatem permit-
tebatur in sancta sanctorum intrare
ut Egesippus non quinimo
oracionis causa. Sed oracionis
Dicitur etiam quod primus inter apostolos
missam celebravit. Nam propter ex-
cellenciam sanctitatis hunc ho-
norem apostoli fecerunt ut post
ascensionem Domini primus inter eos
missam Jherusalem celebraret. Hic
antequam fuisset episcopus ordinatus,
ante eius ordinacionem Jacobus apostolorum

Dicitur quod hec causa fuerit precipua ut
in doctrina apostolorum in ieiunatione
et statione parum quod demisse
celebratione acciperet vel ideo
primus celebrasse dicitur quia primus
in pontificalibus etiam presbiter
sed et petrus primo primus in An-
thiochia celebraverunt missam
Marcus vero in alexandria
Hic perpetuam virginitatem obtinuit
sicut testatur Jeronimus contra Jovinianum
In preparatione mortuo domino
ut dicit Josephus et Jeronimus
in libro de viris illustribus Jaco-
bus votum vovit se non comestu-
rum donec videret Christum a mor-
tuis resurrexisse In ipsa autem
die resurrectionis cum usque ad
diem illam Jacobus non gustas-
set eidem dominus apparuit et
eis qui cum eo erant dixit Poni-
te mensam et panem Deinde panem
benedixit dedit quod Jacobo iusto dicens
Surge frater mi comede quia filius
hominis a mortuis resurrexit
Septimo igitur anno episcopatus eius
cum ad diem pasce apostoli Jerusalem
convenissent interrogati eos
Jacobo quanta per eos dominus fecisset
in populo referebant Cumque sep-
tem diebus Jacobus cum aliis
apostolis predicasset in templo coram
coram Caypha et aliquibus Judeis
Et iam ipse essent quod baptisari
vellent Repente quidam templum
ingrediens clamat O viri is-
raelite quid facitis Cur
ab istis magis vos decipi permitti-
tis intantum autem populum concitavit
ut apostolos lapidare vellent
Ascendit autem hic ille super gradus
ubi Jacobus predicabat et ipsum pre-
cipitavit deorsum Et ex hoc
postmodum claudicavit Hoc autem septimo
anno post ascensionem domini
Jacobus passus est In anno autem
episcopatus xxx videntes
Judei quod paulum non possent occide-

re eo quod ad Cesarem appellasset et Ro-
mam missus fuisset persecutionis
sue tyrannidem in Jacobum conver-
terunt et eius occasionem que-
rentes Sicut predictus egesippus
apostolorum contemporaneus refert et in
quadam decretali in historia ecclesia-
stica invenitur Judei convenerunt
ad eum dicentes Rogamus te ut revoces
populum quia ipse errat in Jhesu
quod ipse sit Christus Deprecamur igitur
te suadeas omnibus convenientibus
in die pasce de Jhesu Tibi enim
obtemperabimus omnes et de te tam
nos quam populus testimonium per-
hibemus quia iustus es et personam
nullius accipis Statuerunt
ergo eum supra pinnaculum tem-
pli et voce magna dixerunt cla-
mantes Virorum iustissime cui nos
omnes obtemperare debemus
quia populus errat post Jhesum qui
crucifixus est Expone nobis
quid tibi videtur Tunc Jacobus
cum magna voce respondit Quid
me interrogatis de filio hominis
Ecce ipse sedet in celis a dex-
tris summe virtutis venturus
iudicare vivos et mortuos Hoc
autem audientes christiani valde
gavisi sunt et libenter audierunt
Pharisei autem et scribe dix-
erunt eis Male fecimus quod egimus
tale testimonium prebere de Jhesu
Sed ascendamus et precipitemus eum deor-
sum ut ceteri terreantur et crede-
re ei non presumant Et simul va-
voce magna exclamaverunt di-
centes O o o et iustus erravit Ascen-
derunt ergo et precipitaverunt eum
Cum ergo eum precipitassent
lapidibus eum obruebant di-
centes Lapidemus Jacobum iustum Qui
deiectus non solum mori non potuit
sed conversus et super genua procum-
bens dicebat Rogo domine
dimitte eis quia nesciunt quid
faciunt Tunc unus de sacerdoti-
bus de filiis Rachab clamabat
Parcite queso parcite Quid
facitis pro vobis orat hic iustus

quem lapidaverunt. Tunc unus ex illis particatam fullonis accipiens et valide ictu caput eius impegit et cerebrum excussit. Hec Egesippus. Tali ergo martirio sanctus Jacobus apostolus migravit ad dominum sub Nerone qui cepit regnare anno domini 7e. Sepultus est ibidem prope templum. Cumque populus vellet eius mortem vindicare et malefactores capere protinus aufugerunt.

Sermo de inventione sancte crucis

Hodie paginam passionis domini nostri Jesu Christi in hac ecclesia celebramus die inventionis sancte crucis ligni venerandi quod est glorificatum per passionem Christi. Et hoc satis valde congrue nam per passionis Christi scilicet feria sexta magna non possumus ita digne celebrare passionem eius propter brevitatem temporis. Ideo quod in illa defuit suppleamus in die inventionis et exaltationis sancte crucis et in die corporis Christi. Et cum celebramus ... festa maxime celebrare debemus passionem domini salvatoris per quam sumus salvati ab eterna morte. Et ideo in principio misse canitur: Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri Jesu Christi in quo est salus vita et resurrectio nostra per quem salvati et liberati sumus. Propterea hec enim est que exaltatur in cruce et omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam eternam. Et sic per eum liberati sumus a morsu serpentis infernalis sicut iudei in deserto liberati sunt a serpentibus ignitis et venenosis per erectionem serpentis enei. Sicut enim legitur Numeri xxi. Cum filii Israhel murmurassent in deserto contra deum eo quod non haberent aquam ad bibendum, dominus iratus contra eos et misit in eos serpentes ignitos qui eos mordebant et occidebant quod videntes filii Israhel venerunt ad Moysen et dixerunt: Peccavimus quia locuti sumus contra dominum. Ora ut tollat a nobis serpentes. Qui cum orasset dixit ei deus: Fac serpentem eneum et pone eum pro signo; qui percussus aspexerit eum sanabitur et vivet. Quod factum est. Similiter quicumque percussi fuerint a serpentibus infernalibus si inspexerint serpentem Christum non venenosum sine macula in cruce exaltatum et crediderit in eum non peribit sed habebit vitam eternam. Sicut testatur evangelium hodiernum quod scribit Johannes iii. Item hoc expressius scribit Levitico sexto quod dominus precepit iudeis per Moysen quod ignis in altari semper arderet quem nutriret sacerdos subiciens ligna. Mistice ignis iste est amor dei qui semper debet ardere in altari cordis nostri. Et sic iudei sacrificia comburebant igne carnes offerebant domino, sic et nos igne amoris domini opera carnis et anime nostre cremantes totalitatem nostram domino frequenter offeramus. Sacerdos autem qui ligna subicit id est predicator qui ligna crucis id est passionem et mortem qua passus est in cruce ad memoriam nobis reducere qui acerbissima morte pro peccatis nostris passus est amore ferventissimo, ut inde succendamur ad diligendum deum et ad sustinendum aliqua similia pro eius amore. Unde signo crucis sumus signati in confirmatione. Et sic nos signamur in fronte, ubi magis est signum verecundie, ut Christum publice confiteri studeamus. Et quo enim est pro nobis non erubuit sustinere multas confusiones et passiones. Igitur deo necesse est ... rationis aliqua sustinere pro eius amore non formidemus. Ut sic simus christiani non solum nomine sed et opere. Unde Augustinus in libro de vita christiana

Rogo vos cogitetis signare christiani sumus et crucem Christi in fronte portamus. Non enim sufficit nobis quod christianum nomen accepimus si opera non facimus. Si est christianus quis se dicat et crucem Christi se signet et elemosinas secundum posse suum non faciat, caritatem, iustitiam et castitatem non teneat, hic nil ei prodest nomen christianum. Magna res est signum Christi et tam preciosum ut res magnas et preciosas signare debeat. Quid enim prodest si aureum signum facias et putridas paleas intus recludas? Quid prodest si signum Christi in fronte et ore portamus et intus in pectoribus dyabolicis criminibus et peccatis pleni sumus? Qui enim male cogitat, male loquitur et male operatur, si se noluerit emendare, quanto plus se signat peccatum eius non minuitur sed augetur. Multi enim ad furtum vadunt vel ad adulterium et crucem se signant et tamen a malo opere se non revocant. Et nesciunt quia per hoc magis se demonibus includunt quam expellunt. Qui vero ad victoriam malas vias a se repellunt et bonum cogitantes illud bonum adimplere conantur, iuste signum crucis in labiis et in fronte et pectore faciunt ut ipso munimine non impediantur a bono opere per dyabolum humani generis inimicum qui valde formidat hoc signum crucis. Unde de hoc ponit exemplum non leve beatus Gregorius in tertio dyalogorum. Nam dicit quod Andreas fundane civitatis episcopus dum quandam feminam sanctimonialem secum habitare permisisset quod celatus de sua et eius continentia, antiquus hostis speciem illius cepit imprimere oculis mentis eius ut illicita et nephanda cogitaret. Quadam vero die iudeus quidam Roma veniens cum ad ... declinare

tenderet et ubi manere posset minime reperisset, in quodam templo Apollinis se contulit ad manendum qui ipsius loci sacrilegium pertimescens, quamvis fidem crucis minime haberet, signo tamen crucis se munire curavit. Nocte autem media vigilans vidit turbam malignorum spirituum quasi in obsequium cuiusdam potestatis precurrere. Eum autem qui ceteris preerat in eiusdem gremio loci consedisse, qui cepit singulorum spirituum causas actusque discutere, qualiterque unusquisque nequitiae gessisset. Cumque singuli spiritus exponerent quid operati contra bonos fuissent, unus in medium prosiliens narravit in quantam temptationem carnis mentem Andree episcopi commovisset de illa sanctimoniali femina. Quod hesterna hora vespertina ad hoc mentem eius traxerit ut in terga eius blandiens alapam daret. Tunc malignus spiritus atque humani generis antiquus inimicus eum exhortatus est ut perficeret quod cepisset, quatenus ruine illius singularem inter ceteros palmam teneret. Cumque iudeus vigilans hec cerneret et magna formidinis anxietate palpitaret, ab eo spiritu qui cunctis preerat missus est ut inquireret quisnam esset ille qui in templo eodem iacere presumpsisset. Quem maligni spiritus pergentes subtilius inspicientes crucis misterio signatum viderunt mirantesque dixerunt: ve ve vas vacuum et tamen signatum. Quibus hec renunciantibus cuncta illa malignorum spirituum turba disparuit. Iudeus vero qui hec viderat illico surrexit atque ad episcopum cum festinatione pervenit, quem in ecclesia sua reperiens secreto tulit et inquisivit qua temptatione vir urgeretur. Cui episcopus verecundatus

temptacionem suam noluit ostendere ad
vero iudeis | Dicit quod talis de-
monem feminam preciosam amoris
oculos iniecisset atque cum adhuc
episcopus negaret adiecit quare
negas quod inquireris quia ad
hoc hesterno vespere perductus
es ut pagana alapa ferireris
atque nimium | Ad quem nimium ve-
episcopus se recognoscens de peccato suo
humiliter confessus est quod prius
pertinaciter negavit | Cepit quoque
ei iudeus narrare qualiter
hec cognovisset et quomodo ingeniis
malignorum spirituum de eo au-
disset indicavit quod ille cognos-
cens se in terra prostravit et in ora-
cionem dedit | Moxque de suo ha-
bitaculo id sanctum eiusdem dei fa-
mulam eiecit et omnem feminam que
illuc in obsequio habitabat ex-
pulit | In eodem vero templo appo-
linis oraculum beati andree apo-
stoli fecit atque ea omni temptacione
funditus caruit | Iudeum quoque fide
imbutum babtisavit et ad gre-
mium sancte ecclesie perduxit | Legitur
sit historia quod in eo fideli
notario quem quidam magus decepit
perduxit et duxit in quendam
locum ubi demones advoca-
verat promittens ei multas
divicias si deberet | Et ecce in-
videt quendam quendam magnum e-
thiopem super excelsum tronum
sedentem et in circuitu eius alios
ethiopes cum lanceis et fusti-
bus stantes | Tunc ille ethiops a ma-
go quesivit interrogat quis
est iste puer | At ille dixit domine
servus noster est | Cui demon si
vis me adorare et servus meus
esse et christum abnegare collocabo
te in dextera mea | Ille autem si-
gnum crucis edidit et liberum exclamat
se esse servum christi | Statimque tota
multitudo demonum evanuit | Postea
hic enim quadam vice predictus no-
tarius templum sancte Sophie cum
domino suo intrasset et ante salua-
toris ymaginem ambo starent
vidit dominus quod ipsa ymago super
notarium diligenter respiceret
et admirans fecit eum ex parte
dextera stare | Statimque ymago in eam
partem oculos volvit et super no-
tarium attente respexit | Rursum
fecit eum redire ex parte sinistra | Et
ecce iterum ymago oculos vertit
et admiratus admiratus a domino
quereret quid apud deum meruis-
set quod sic eum ymago respice-
ret | Dixit se nullius boni conscium
esse nisi quod coram dyabolo
negare noluisset | Crucem igitur
tante virtutis sit signum sancte
crucis | Debebat ut illud lignum
veneratione non semper lateret in
terra | Sed ut adhuc inveniretur
et revelaretur in quo salus mun-
di pependit et crucis mortuus
triumphavit et mortem nostram supe-
ravit | Cuius quidem inventionem
hodie celebramus | De cuius
quidem autem inventione sicut
Ambrosius ita dicit | Sancte
memorie | Helena mater Constantini
infusa spiritu dei festinavit ut Ihe-
rusalem veniens cepit visitare loca
sancta | Postea inquirit a sanctis
ut reperiret lignum sancte crucis
| Et sicut habetur ex historia re-
precepit ad se congregari omnes
sapientes iudeorum qui per totam
regionem poterant reperiri | Qui
nimium formidantes ad invicem
dicebant quam putatis nos facit ad
se vocari | Tunc unus ex
eis nomine Iudas dixit | Scio quod
vult a nobis discere ubi sit lignum
crucis in quo Ihesus crucifixus est
videte ergo ne aliquis sibi confiteri
presumat | Scio autem certissime
quod lex nostra et paterne
tradiciones totaliter destruentur
Zacheus enim avus meus pre-
nunciavit patri meo Simoni | Et
pater meus moriens dixit mihi
de quo cruce manifestabitur ante
crucem optime nunquam regnabit
gens iudeorum | Sed illi qui adorant

crucifixum. Cumque ipse ut fugeret
Cui iudei dixerunt: Si de hec
regina quesierit, vide ne ei hoc
aliquatenus confitearis. Cum er-
go illi ad reginam venissent et ac-
citam fecerit, cepit eos querere
de loco ubi erat dominus crucifixus.
Cumque illi locum nullatenus indicare
vellent, iussit eos omnes igne cre-
mari. At illi timentes tradide-
runt Judam dicentes: Domina, hic est
filius iusti prophete, optime no-
vit legem et indicabit tibi omnia
que quesieris ab eo. Tunc illa
omnes alios dimittens detinuit
solum Iudam et dixit: Mors et vi-
ta tibi proponuntur, elige quod
malueris. Ostende igitur ostende
michi locum qui dicitur Golgatha,
[illegible] ubi dominus est crucifixus
ut possim eius crucem in-
venire, aut mala morte mo-
rieris. Respondit Iudas: Quomodo possum
scire locum cum iam ducenti an-
ni fluxerunt et amplius et
natus ego illo tempore non fui? Cui
regina: Per crucifixum, inquit, te fa-
me interficiam nisi michi dixeris
veritatem. Iussit ergo eum in puteum
mitti siccum et fame ibidem
molestari et cruciari. Cum ergo ibidem
septem diebus mansisset, octava
die se peciit extrahi et locum
se promisit indicaturum. Cum ergo
extractus fuisset et ad locum venisset
et Helena regina ipsum secuta
fuisset, veniens ad locum ita dix-
it ut scribit Ambrosius: Ecce lo-
cus pugne, ubi est victoria? Que-
ro vexillum salutis et non invenio.
Ego in regibus et crux domini
in pulvere iacet. Ego in aureis
palaciis habito et triumphus
Christi adhuc iacet in ruinis terre
et latet palma victorie. Quomodo
arbitror me redemptam si redemp-
cio ipsa non cernitur? Video quid
egeris diabole ut gladius
quo peremptus es obstrueretur.

prodatur gladius quo vir Go-
lie caput est amputatum, appre-
hendatur lignum ut fulgeat salus
mundi. Egisti diabole ut abscon-
deres lignum, numquid ut iterum vince-
rentur victores? Sed Maria que sine
minucione virginitatis genuit eum
qui crucifixus vinceret te et mor-
tuus subiugaret. Numquid et
hodie ut mulier tuas astucias
deprehendat? Illa sanctum
dominum gestavit, ego crucem eius
investigabo. Illa fecit ut deus
inter homines videretur, ego ad so-
lacium omnium peccatorum de ruinis
terre domini elevabo vexillum.
Post oracionem Iudas dixit: Domine
Ihesu, ostende michi lignum sancte
crucis. Et hec dicens spelunca
aperta cepit. Et statim locus
subito commovetur et fumus aro-
matum miri odoris sentitur,
ita ut Iudas mirabiliter amba-
bus manibus plauderet ac
diceret: In veritate, Christe, tu es
salvator mundi. Post hec fortiter
se viriliter succinxit et xx passus
fodiens tres cruces ibi abscon-
ditas repperit quas ad reginam
protinus deportavit. Quas
videns, ut Ambrosius in meditacione
habetur, ut regina vero certitudinem
indaginis spiritus inspirat eo
quod duos latrones cum domino
crucifixi fuerunt, quia ergo inter
lignum domini poterat fieri ut pa-
tibula inter se casu miscerentur.
Consurgit ad excogitandum locum
invenit quia inimicus per patibulo
predatus tibi agerat. Titulus vero
in illa tunc collatus fuit veri
titulo crucis patuit salvatoris.
Hoc enim iudei veniens ad Pi-
latum et dixissent: Noli scribere
rex iudeorum, sed quia ipse dixit rex
sum iudeorum, Pylatus respondit: Quod
scripsi scripsi, id est non ea scripsi
que vobis placent, sed contra

futura cognoscet nec vobis esti
psi. Sed p9 terutati est postmo
exiit / ut legitur Helena quod le"
gat vn ante domum cognoscat
invenit ergo titulum rege adora"
uit nec lignum vtrique quod legitur gestibus
de error et vanitates impiorum Sed
adoravit eum qui pependit in li"
gno hic ille. Sed d. hic crux non
est adoranda contra illud quod dicit
oracione Quam crucem adoramus do"
mine Respondetur dicit crux vna q
ut ipsius pependit / et a a re
consecratur vno modo quantum est signum
cristi in ea crucifixi sed dicitur ado"
rati adoracione latrie secundo co"
sideratur inquantum est lignum per
tactum corporis nobilitatum Et
ei debetur reverencia et non adora"
cio Racio quia quicumque homo ado"
rat ad id dirigit oracionem suam / ut
aliquid ab eo impetret vel ut ei pla"
ceat Tercio at qui omnino racione ca"
ret non ei audit nec intelligit nec
cognoscat Secundo hoc lignum in se
considerantur non debet adorari sed vene"
rari secundo quia est nobilitatum tactu cor"
poris christi Tercio ei impossibile stultum
est rogare Alia est crux in qua christus
non pependit et in tali forma est adora"
da est facta vel ymago crucis id
crucifixi imaginem eius introducte
sunt in ecclesiam 3a racione Primo propter
erudicionem simplicium ruditate
qui nesciunt scripturas legere / ut sal"
tem in hiis picturis vel sculpturis
tangam in scripturis possent cogno"
scere fidei sacramenta Secundo propter ex"
citandam affectus tarditatem affectus
enim maxime excitatur per ea
que videt Tercio propter firmam me"
morie labilitatem Ita que videntur
medius firmiter imprimuntur / yma"
go ergo cristi inventa est propter hoc
ut recipiatur eum qui pro nobis
crucifixus et ergo est adoranda
et reverenda et ea venerere que ei

exhibetur / exhibetur dicit Augustinus de
doctrina christiana dicit / quod veneratur
tale signum / non hic veneratur quod
videt aut videtur sed id quod repre"
sentat Sed d. contra ergo hereticos contra
destruunt ymagines cristi Respondetur quia sunt
spirituales adulteri Et sic sicut legitur
annulus cetera sponsa carnalis in
digito sic crux vel ymago
cristi in christiano Item si vir est
sit ultra mare et vxor hereticam annu"
lum in digito per recordacione mariti
Sed si eum deponit anulus te oblivi"
scatur viri sui Sic si ymago cristi
destruatur homo cristi oblivisceretur Si
at legerem sit signum cristi recordacionem
cis Et ergo heretici sicut adulteri de"
struunt ymagines cristi / et hec max"
ime faciunt instigacione dyaboli qui est
sicut adultera spiritualis Christus sicut sint
corporales conantur id aufferre quod
ex ipsius notet Ex dyabolus cogno"
scens quod signum crucis est maxime
hominum instigat hereticos ut destrue"
ret crucem et ymagines / ut dyabolus
videns hereticos sine signo tamquam
sine vexillo et clipeo induceret
eos ad diversos errores diversos Et
ergo maxime est pens destruere yma"
gines christi vel sanctorum que in hec
contemplantur Deus et sancti Sed fit
valde utile est pabulum christi fit in
memoria hec / quia reddit homines se"
curos et quietos in deo et fecundos
vnde Bernardus O anima mea si quietem
desideras / securitatem. et fecunditatem
assume pennas et vola in foramen
petre i. ad vulnera cristi per frequentem
recordacionem / quia in non loco quies
gracior / nullibi securitas maior
nusquam fecunditas vberior Ibi enim
dicitur quod predictus scripsit / quia ibi
sicut homines pendere in cruce mo"
dico capite cruenti spiritum ceme"
rent et aer superbo aerea
tremunt Et domini quintum et in
racionabilis quia omnes ad caritatem ducti
et non apperuit os suum / et eius male"
dicebat non maledicebat / quia pateretur

nõ comnabatur Secundo mirabilis
Tercia ipse pro suis inimicis et cru-
cifixoribus orando dixit Pater
dimitte eis quia nesciunt quid faciunt
Secundo audiosius quia ipse festi-
nauit ad passionem pro nostra salute
et inde traditori quod facis fac
citius Secundo auarus quia nudus
affixus est cruci vestimenta sua
diuisa a militibus per sortem
commissa ita ut de scriptura dicat
Tamen de summo principe Matth.
xi vulpes foueas habent et volu-
cres celi nidos filius autem hominis
non habet vbi caput suum reclinet
Secundo gulosis et ebriosis quia fel-
le et aceto potatus est Nota gratie
crux sit ante tabernam vbi mero
vel potalia a'a propinantur
Tercia sit crucifixus non prius ad
bibendum alcius qui eueniunt ex ebri-
etate Tercia ex forti sit debile
ex sano egroti ex agili grue
ex formoso difforme ex innocen-
te turpe Hunc vero neque mae
sint grates ad bibendum vinum post
ad vesperam ut vino estuent Luce
cum qui epulabatur cottidie sple-
ndide post in penis infernalibus
ad talem cruciatum deuenit quod pete-
bat guttam aque ad refrigerandum
linguam nec potuit impetrare
Luce xvi Secundo luxuriosis quia
aruit tanquam testa virtus eius et
cum virtutibus eorum indicatur flore in
hoc mundo quod tempore fini quia 2ª ad Cor.
Tercia fornicatur in corpus suum pec-
cat Tales crucis sunt quod destructa
plus ad Philipp. iii Multi
ambulant quos sepe dicebam vobis
nunc et flens dico inimicos mi-
sericordie inimicos crucis Christi quorum fi-
nis interitus quorum deus venter est
et gloria in confusione ipsorum qui terrena
sapiunt Nos autem carissimi non sic sed
vera gaudia sint in celis Recipiamus
Christum tollentes crucem nostram non coacte
sed voluntarie Non propter Tercia de Re-
demptione a deo et nos beneficio Sequitur

nunc cum paradiso quod ipse passus
est pro nobis nobis relinquens exemplum
ut sequamur vestigia eius Quid enim
prodest nobis quod filii Abrahe
sumus si opera Abrahe non facimus
Sic quid prodest crucem domini
predicare et venerare et crucem
nostram nolle portare Si tulit
ipse suam tollamus et nos nostram
Tercia cum vult ad eo regnare debet
sic ille ambulat et ipse ambu-
lare Si enim oportuit pati Christum oportet nos
pati ut intremus in gloriam eius
Regnum nos propter faciet Ihesus
Christus filius Marie Amen

Sermo de S. floriano

Iste tempore sol Ego sum
vitis vera et pater meus
agricola est Jo. xv
Tercia capitulo euangelio
dicuntur Primo quibus malis
debet audire operatio istorum magna
timorem sic quod debet timere horrendam
miseriam dampnacionis Secundo quibus bonis
debet audire ex isto opere magnam
complacentiam quam recipit in regno
dei Tercio quibus hoc audiens
venit dei attente debet hec magna
prem sic mundamus Primo
propter quibus malis debet audire hoc
euangelio isto magnum timorem
sic quod debet timere omnimodam miseriam
dei Et hec tangitur in textu cum
dicit Omnem palmitem non ferentem
fructum abscindet pater et mittet
foras sordes Ad Ebreos vi
horrendum est incidere in manus
dei viuentis Et quibus peccatis
et penitentiam contemptibus incidunt
in manus dei viuentis Dicitur
2ª Regum xxiiii de Achab
est ut incidam in manus domini
multe enim misericordie eius
sunt Ratio quia si homo est vita quando
ad exitum huius mundi seu vite
peruenit habet misericordiam a patre Secundo
est enim instabilitas vite in
quo est tempus misericordie Sola
si vincatur ille aptus vinum apputat

omnem palmitem arida et non
portantem in me qui non facit fructum
ei. Et demum mittet ad ignem
Sic pater celestis qui vocatur agricola
in ewangelio ut faciat cum illo homine
malo non faciente fructum in eo statu
in quo est positus Primo augmentat in eo
de prosperitate. Deinde recedit a
Christo qui est vitis vel essencia et ce
denuatus a gracia viuit mihi et inta
labili qui non in peccatorum vadit
Secundo cultor vinee non solum
amputat palmites aridos Sed
et omne superfluum ne impediant
generacionem aliorum Sic pater celestis omnes
qui sunt alios impediunt in generacione
bonorum actuum et virtutum ut sunt
raptores calumpniatores de
ceptores Tercio tales mittet
(...) ad infernum Et in signum
huius Christus tristes fecit iam vel in
et eo tempore appropinquabat sue pas
sioni grauissime videns ficul
neam virentem et folia pulcra
habentem sed fructum non habentem ma
ledixit ei dicens Amplius et stati
aruit Et hoc maledicat ope
maiora miracula ostendisset. Cui ille
ad illa dicit locus crucis in quo deus mira-
cula operatus est. Illa ait primo capit
hominis in quo quasi mundus quidam extat
utramque suam apostolus approbavit.
Tercio quesivit quanta distantia
esset a summo celi usque ad profundum
inferni. Cui cum magister iussisset ut
diceret. Illa ait. Apostolo iudico quod proprio-
tor sed eo hic novi quia dum ab
altero cecidi. Et eorum quod hec tibi osten-
dam. Tunc demon cum magno
ejulatu se in abyssum precipitavit
Et quererent peregrinum non invene-
runt

Sermo de nativitate marie

Hodie sollempniter et gau-
diose celebramus sanctissimam fe-
stum nativitatis virginis
marie et non immerito.
Quia hodie impleta
dicitur desiderabilis promissio facta
abrahe a deo quod in semine suo omnes
benedicerentur omnes gentes. Nam
hodierna die de eius stirpe nata

e nova stella maris id est maria
Ex cuius intemerato utero pro-
cessit unigenitus filius dei sicut
sponsus de thalamo suo propter quod ita
cantat ecclesia Nativitas tua dei ge-
nitrix virgo gaudium annunciavit
universo mundo ex te enim ortus
est sol iustitie xpc deus noster qui solvens
maledictionem dedit benedictionem et
confundens mortem donavit nobis
vitam sempiternam Nam omnes ab ex-
ordio mundi fuerunt sic machinan-
te serpente quod mulier iuxta quod in genesi
legitur Omnes homines concipiuntur in
peccatis et in doloribus et miserie
in nascuntur et post hoc in multis
angustiis et miseriis vitam suam
ducunt usque ad mortem sicut thar-
pius super ade i conceptus in ori-
ginali peccato moriens ex omne na-
tus in voce fletum provumpit
Et exposuit eam sua posteritate ab
multis tristiciis et miseriis de-
uenit etc At vero dominus deus ipse ab
sua gratia virginem mariam ab hac
quam lege preservavit et ad sanctifi-
cavit in utero matris sue et in ipso
primo instanti sanctificavit tabber-
naculum altissimi Tabernaculum
enim altissimi fuit virgo maria
in animam et corpus quod dominus
in utero matris sanctificavit et
post nativitatem in sanctitate con-
servavit sicut dicit Ecclesiasticus xxiiii
Ego plato qui corpus suum sancti-
ficationis benedictio in ipsam
ostendit que non tantum ipsius san-
ctificavit ortum Et de matre pro-
ab omni peccato custodivit ymmu-
nem quod nulli puro homini acci-
disse donatum est a deo post sancti-
ficationem ad nos venia habere-
nerunt Et ideo de hac glorio-
sa sic cantat ecclesia Tota pulcra
es amica mea et macula non
est in te Et hoc verum accepit de can-
ticis salomonis quod scribitur in li-
bello suo canticorum in 4o ca-
et in aliis Et cuius pulcritudine
locuturi prosequamur ad eam quod ad
omne bonum faciat econtrarius
Tota pulcra mea et macula non
est in te etc Salomon in cantic-
is multiplicater describit pul-
critudinem virginis benedicte quia
hodie nativitatem eius celebramus Dicit
enim pulcram amicam Cant 4o Et
eiusdem iiii to dicit amica et nunc
quam pulcra es et quam decora carissi-
ma Et describit pulcritudinem
oculorum eius pulcritudinem mamm-
illarum colli ventris etc Sol-
itudine vocat eam et decorem
faciei et talis etc vocat eam pul-
cherrimam mulierum Item ipsa ex cor-
pore ostendit nigredinem non de-
rogaret pulcritudini sue dicens
Nigra sum sed formosa Et postea
quod multiplicater et ex multipli-
cibus expressit eius pulcritudinem
sinaliter concludit dicens Tota pul-
cra es amica et macula non est
in te Cuius pulcritudinis
similitudinem posuit dicens pulcra
ut luna progrediens ut auro-
ra et clara ut sol Sicut enim
luna maxime est plenitudinis
est pulcra propter faciem eius cla-
ritatem ymmo pulcritudo eius
est propter lumen quod recepit a
sole sic virgo gloriosa habuit
plenitudinem divine gratie qua
recepit non solum in sanctifica-
tione in utero Sed a sole iustitie
cristo qui est candor lucis eterne
et speculum sine macula Sa-
pientie vii post quod dicit ecclesiastica
xxx Et quasi luna plena lucet
in diebus suis Et david in psalmo
vocat eam lunam perfectam in eternum
propter pulcritudinem figure circu-
laris Sicut enim figura circu-
laris est nobilissima et capa-
cissima sic virgo gloriosa est ca-
pacissima Ecclesiastici xxiiii Transite
ad me omnes qui concupiscitis me etc

Et sicut fuit ante claustrum et modestie-
tissima. Sic virgo gloriosa non
destitit in presentia tanta. Iuxta
illud usque ad solem stellarum
non dormiam. Pulchra ergo ut luna
et consurgens ut aurora. Ita
sicut aurora consurgente ra-
dii solis incipiunt apparere et
demum sol oritur. Sic et Maria
peperit. Et quemadmodum auro-
ra sicut valles dicitur esse infectiva et
confortativa amoris letifica-
tiva florum de nocte clausorum ap-
tiva et herbarum de nocte compres-
sarum excitativa. Sic per virginem glo-
riosam infirmi recipiunt robur
spirituale. Viri qui recipiunt
vigorem. Mentes humiles quasi
flores clausi aperiuntur ut odorem
bonorum operum ubique diffundant.
Animi cum mentis merore de-
pressi eriguntur per spem ipsius
consolationis. Tota ergo pulchra
ut maculam habet. Sic pulchritu-
dine candoris cuius admiratur
oculus. Hester ii°. Hec est enim he-
ster regina de qua dicit scri-
ptura quod erat formosa valde et
incredibili pulchritudine omnium
oculis gratiosa. Et de hac
unde dicit Augustinus: que pulchra
ad intuendum, amabilis ad amplex-
andum, delectabilis ad videndum.
Hic adquiratur agnoscere pul-
chritudinem Marie. Audi exem-
plum. Quidam clericus beate virginis de-
votissimus, qui diligenter atten-
dens verba thematis audiens
quod intelliguntur de virgine glo-
riosa, rogabat eam devotissime
ut dignaretur se ostendere. Repu-
tans se fore beatum si posset eam
speciosam semel inspicere. Post mul-
ta venit ad eum angelus ex parte vir-
ginis destinatus et salutando eum
clericum dixit ei: Domina tu-
a petitionem exaudivit. Et in-
timat tibi quod tali die et hora
veniet ad te et videbis eam.

Sed scias hoc quod oportebit ut o-
culi tui prius qui conspexerint
tam speciositatem et claritatem omni-
um excellentiam prius videant aliquid
terrenum et caducum. Tunc ille videlicet
non curo si de cetero fiam cecus
dummodo eam semel fuero contempla-
tus. Cumque autem angelus abisset disces-
sisset, ille cepit ex fragilitate
multum esse sollicitus cogitans
quid ultra faciat. Preter eum oculos
omitteret amitteret vix revolutionibus
erat in aliis dicebat. Certe de cetero
scribendo non potero lucrari vi-
ctum. Sed oportebit me esse men-
dicum et sic omne solacium amit-
tam et dicere potero cum Thobie
Et quale mihi gaudium qui in tenebris
sedeo et lumen celi non video. Et ta-
lem istud consilium excogitavit.
Certe quando beata venerit ap-
pariens unum oculum adaperiam
et alium claudam et tunc unum a-
mittam. In alio tamen mihi remane-
bit sanitas contentus. Cumque hora
assignata venisset gloriosa
virgo clerico illi apparuit cum tan-
ta pulchritudine et claritate que
nec exprimi potest nec excogitari.
Et cum ille manum alteri oculo
supponeret ne eam cum eo cerneret
virgo gloriosa disparuit et
eam ultra videre non potuit. Et tunc
ille uno oculo orbatus sed quo
eam viderat et altero salvo re-
manente cepit fortiter suspirare et
ter arguere et lacrimando nimium
dicebat: Heu impie quare unum
oculum clausi, quare non ambos
aperui. Utinam totus fuissem ocu-
latus ut eam plenius aspexissem.
Cepit et dominam virginem exorare
ut iterato sibi ostenderet ut saltem
residuo oculo eam videre posset
non curans uno desiderabili vero
quod primum oculo dummodo posset eam
iterum iterum conspicere. Cumque domina eo-
rum missa iterum angelus dixit
ei: Domina mea condescendit
et tibi iterum mittas sum querit a-

Quid amplius petis ab ea Sui
e Certe domine si nullos ha
berem oculos optarem propter
eo perdere Sed quo possem per
fecte videre Cui angelus Ecce pa
clementissima domina tibi notifi
cat quod eam utique videbis et oculum
superstitem non amittes Sed et per
ditum recuperabis quia non inmeri
to pro te sunt factum Nam ut virgo
clementissima ei apparuit et se ex ea
exhibuit contemplandam Et restituit
oculum amissum Ex quo possemus
aliquo ponderare quanta sit plenitu
do virginis gloriose et quomodo est de
lectabile videre eam oculis mentis
Unde dicit Augustinus in meditacionibus
suis O domina te laudet tota
leta militum ad te confugit tota
turba reorum ut tormentum maiore
tuo languescat anima liquescit Laus
deficiat Quomodo et de pro te dicam
gaudium est intueri et in huius laudi
bus delectari Hec respiciunt Capitulum
Secunda pars sermonis Provoca
thematis eiusdem clarior pars
paducitur quod naturalis est sua pul
critudine careret Unde dominus in evangelio
Math. vi de liliis agri dicit quod tan
tam pulcritudinem habent quod nec Salomon
in omni gloria sua sicut coopertus sic
unum ex illis Et David in psalmo dicit
Et impono pulcritudo agri me
cum est quod exponens Augustinus dicit Agri
pulcritudo est ubertas omnium germina
cium in terra Unde et alibi dicit propheta
Et campi tui replebuntur uber
tate Ideo et pulcritudo mundi est
conformacio Quae latet in se et
cognoscitur ab eo qui ea creavit sive vi
sum quod constat ex omnibus rebus
mundi quo patet sua pulcritu
dine Dicit enim David Domini
est terra id est universum et plenitudo eius
id est pulcritudo Et Genesis dicit vidit
deus cuncta que fecerat et erant valde
bona Que corporis humanum qualem
pulcritudinem habet in se Dicit enim

Ambrosius exponens illud psalmi Ma
nus tue domine fecerunt me Si quis
humani corporis fabrica con
siderari velit nihil poterit in terra
praestantius invenire Est homo recta
corporis statura altus et vultu
decorus Velud liber apparens
nullaque servitute captiva in terram
depressus Sed tamquam liberatus
consistens Testis est sui autoris quod
pulcre consummat Boecius v de
consolacione philosophico metro
vel huius Ait Quam variis terras ani
malia permeant figuris Et infra
Prona tamen facies electos valet in
gravati sensus unica gens
hominum celsum levat levat altius
cacumen atque levis recto stat cor
pore despicit quod terras haec nisi
terreus male desipis admonet
figura Ideo Quidam in me
thamorfoseos Prona quod cum spe
ctent animalia cetera terram
quod de pulcritudine corporis
absque anima loquitur ex quo anima est
forma sui corporis et totalis pulcri
tudo haec quidem pulcritudo co
poris sanitati bona est Sed quod
corporale est carnale est bonum de
racionis infirmis quod tales deo car
nem et male Et iam propter ut dicat
Augustinus Male amatur propter temporale deo
qui est bonum eternum Bonum
spirituale et supremum ut putamus
quod pulcritudo corporalis sperat
esset in culpa ponit Augustinus de hoc
exemplum Ideo ad ius instrata
deserta auris amatur ab avaris
Nullo peccato auri sed hominis ita
et omnis pulcritudo potest amari
male et ordine perturbato Quomodo
enim fiat pulcritudo in creatura
vel quod homo ei inhereret non custodi
to ordine Dicit enim Augustinus quod hec
pulcritudines dona dei sunt
et bona sunt quia a bono deo cre
ata sunt et nihil minus est in eo
nisi quod peccatum amatum pro deo
quod tamen conditum est a deo propter quod
et beata Katherina fecit maximum

vide

cenas imperatori dixisse inter
cetera Curare incassum congre-
gasti hanc multitudinem ad cole-
ndum stultitiam ydolorum cur autem
hoc templum manu artificum opera-
tum cur autem ornamenta precio-
sa que velud pulvis et fumus an-
te faciem venti. Curare potius celum
et terram et omnia que in eis sunt
curare ornamenta celorum solem videlicet
lunam et stellas. Curare famu-
latum eorum quod ab inicio mundi
usque ad finem nocte et die currunt
ad occidentem et redeunt in orien-
tem nec umquam fatigantur nec
cessant in suo cursu. Et cum hec am-
miraveris interroga et disce
quis sit eorum opifex. Quod autem
ipso donante eum intellexeris
nec ei similem inveneris potius
ipsum adora ipsum glorifica ipse
enim est deus deorum et dominus domi-
nancium sic alias. Et huic glo-
riose virgini non deerat pulcri-
tudo corporalis cum magnus Al-
bertus multis describit. Et quia
scriptura dicit Proverb. ultimo
fallax gratia et vana est pul-
critudo eius [illegible] Ideo dicit ad-
huc [illegible] Bernhardus
dicit [illegible] homines [illegible] volunt
in hac omnibus [illegible] in mori-
bus hac [illegible] pulcritudine
mediam audiamus de pulcritudine
anime [illegible] et [illegible] de pulcritu-
dine huius virginis gloriose Ma-
rie [illegible] pulcra est facta ad ymagi-
nem dei habet enim hec in se quod sit
deum cognoscere quod potest deum ama-
re quod potest in deo quiescere et summe re-
pleri bonis eius. Et hec aptitu-
do est eius pulcritudo que excellit
omnes creaturas inferiores se.
Sic igitur patet quod anima in sui crea-
tione recepit a deo esse nobile quod
esse quodammodo simile deo. Sicut enim
deus [illegible] et anima est [illegible] esse.
Est autem anima vita a vita. Est sim-
plex a deo simplici. Est eterna

ab eterno deo. Secundo est beata licet
sit a deo qui est beatitudo et tamen
sui creatione accepit a deo ut pos-
sit esse beata ymmo anima ex sua
natura similitudine habet quod filio dei
non sonum in hoc quod sicut Christus est in essencia
et potencia in vita. Secundo in hoc quod habet
libertatem arbitrii. Dicit Bernhar-
dus sermone viii super cantica libertas
est que quibusdam dotibus prefulgens micat
sicut gemma in auro. Ex hoc enim habet
cognitorum iudicium et operacionem eli-
gendi inter vitam et mortem inter
lucem et tenebras inter bonum et malum.
Et in hac libertate consistit omnium virtutum
fundamentum secundum Bernhardum. Vide quanta
est pulcritudo anime a natura. Recepit magis
ut possit esse beata. Et non solum a deo sed
per merita quorum accumulacio est
maxima pulcritudo. Ac tamen anima
non dicitur simpliciter pulcra quemadmodum
dicit meum thema et tota pulcra co-
rona esto tua libertate naturali non potest
habere corporalis. Quantum pulcritudo
Est ei anima composita in corpore sic quod
cum carne et corpore conciliat [illegible] hec
ex tali composicione convenit dicere hec
secundum Ambrosium ymmo ad celestia racione
anime alia ad bestiarum corporis. Com-
petit enim homini secundum sui partem inferiorem
ista inferiora intelligere et memorari
et amare. Competit etiam homini
secundum partem superiorem deum intelligere et diuina
memorare et diligere ex quo enim homo
liber est potest ad utrumque se extendere.
Sed si ad inferiora tendit declinat pa-
ter a rectitudine declinat intellectus. Bern.
Sed si ad superiora se erigit exi-
mie recipit pulcritudinem et quam maiorem
inclinacionem habet ad ista inferiora quod
anima appetit divicias congregare et
multiplicare suas possessiones. Ergo vo-
luptuosa competit maius nature
ymmo et ad honores et ad amicicias
habet inclinacionem naturalem. Ideo si ab hiis
anima debet se continere oportet quod habeat
spirituale auxilium divinum quo
retrahatur ab hiis et ad diuina tra-
hatur propter quod dicit salvator
Johannis vi. Nemo venit ad me nisi
pater meus qui misit me traxerit

illorum. Ex quo sequitur quarto
illud dictum quod requiritur ad
totalem pulcritudinem anime est
multiplex. Primum est fides. Se-
cundum est sanctitas. Tercium
humilitas. Et quartum est caritas.
Hec inquam divina munera efficiunt
animam totaliter pulcram, nec in ea relin-
quunt aliqua peccati maculam. Ita
quod de quali anima quis dicere poterit
sicut dominus dicit: Tota pulcra es amica
mea et macula non est in te. Hanc deus
fide corda purificat, ut dicitur Actuum
xv°. Et ideo eterna fides abducat
hominem ab illicitis instructionibus et attol-
lat eundem cogitare de altissimis
et invisibilibus veritatem. Fides ad
cogitandum et ad assenciendum hiis
que continentur in articulis fidei, sicut
de deo omnipotenti creatore, de infinita
divina sapientia que est multiplex, de infinita
divina benignitate que est inex-
haustibilis, de generacione filii a patre
qui est sine principio et sine fine, de proces-
sione spiritus sancti ab utroque, qui est nexus
et amor utriusque. Item de hiis quod pater
et filius cum spiritu sancto creavit celum et terram.
Item quod filius cooperatione autoritate et spiritus
sancti operacione in assumpta humanitate
humanam naturam redemit et ancillam
reparavit. Item quod spiritus sanctus missus a patre
et filio visibiliter sanctificavit et
ecclesiam primitivam visitavit et missione in-
visibili efficit sanctorum gaudium et co-
missione peccatorum. Et quod opera
tocius trinitatis sunt mundi consti-
tucio, corporis resurreccio, vi-
ta eterna promissio et damnacio pro
maledictis. Et quoniam cogitare de illis
et contemplari ea omnia ista que sunt fi-
dei debet hominem ab illicitis instruccioni-
bus et ponat eum ad primi-
tivam suam pulcritudinem, quare enim
primum principium spiritualis edificii
consistit in fidei purificatione fidei.
27 Vero purificatorum sequitur sanctifica-
tio, que magis elongat hominem
a sordibus quam contemplacio cum hiis
que sunt fidei. Sanctificacio quidem
non est aliud nisi mors mistica. De
qua dicitur: Moriatur anima mea
morte iustorum. Et apostolus: Nostra
conversacio est in celis. Item mortui
estis et vita vestra abscondita est
cum Christo in deo. O bona mors
que vitam non aufert sed transfert in
melius. Bernardus super Cantica sermone lii°. Sup-
taxata bona mors quia non corpus
cadit sed anima sublevatur. Bona
qua petus homo circumscribitur
et deterior de die in diem reno-
vatur. Bona mors qua nisi sic
peccatis moriatur ut eos non iustitia
illaqueat nec oblectat iniqui-
tas. Dum enim homo dicitur mori
morte iustorum ad moriendum in te spi-
ritualem dum transcendit omnem usum
cogitandi cum exiit a memoria
rerum presencium. Cum elongat eciam
a similitudinibus corporearum rerum
ad hoc ut pura possit hic conver-
sacione quemadmodum hii illi qui
vident faciem patris qui est in celis
etc. Et apostolus dicat: Nostra conversacio
in celis est. Ex quo putandum quod talis sanctitas ha-
beri possit plenum in fuga ma-
lorum propter quod omnia que ad eius asse-
cucionem generat multitudo vir-
tutum, ymo precepta evange-
licorum consiliorum. Nam voluntaria
paupertate dimittet homo occupa-
cionem terrenorum, castitate reli-
quid omnem carnalem carnalium
obediencia relinquet homo proprie
affectionis affectum occupacionem.
Sic enim homo abnegat seipsum
in dileccione inimicorum affectuali
amputet homo omnes affectus
maligniandi in proximum, mundi virtu-
te paciencie de qua dicitur: Illud
si quis te percusserit in maxilla
unam prebe ei et alteram. Dimittit
omnes modus vindictarum et pa-
cifica consilia regulat. Ita homo
magis sicut ut non cadat in peccato
ut occasiones peccandi devitet.
Et quecumque facit hec intencione
simplici facit. Et nunc quod facit
conforme sit doctrine Christi. Scilicet
Qui sic fecerit et docuerit hic
magnus vocabitur in regno

regno celorum. Dicit salvator
Math vj vitat insipiet homo
sollicitudines superfluas et curis
pecunie se subdit si non dat do-
num dat consilium et se totum offert
ad supportandum onera proximorum
absque omni inquinamento Nam
et hec est religio sancta visita-
re infirmos pupillos et
viduas in tribulacione et im-
maculatum se custodire Quarto ma-
gis se fecerit et ita viam suam
composuerit filius domini vo-
cabitur Quinta et hec est volun-
tas dei sanctificacio vestra ut
amplius Sed quid valet sancti- 3m
tas si humilitas excluditur que
est decor et pulcritudo eius
Unde dicit Bern super Cantica ser-
mone xxv In homine qui pec-
cavit humilitas et si emenda-
est non tamen est admirabilis Sed si quis
innocenciam retinet et insuper
sanctus est et in locum humilitatis
admittit [illegible] Sed gemi-
num decorem anime totus quod pul-
cra est quia innocens sanctus
et humilis Unde dicit Sponsus
Ecce tu pulcra es amica mea
scilicet racione et innocencie et san-
ctitatis ecce tu pulcra racione
humilitatis O admirabilis pulcri-
tudo que ad sanctitatem admissa
est Dicit Bern et ponit iiij
signa vere humilitatis Primum quod
sine consciencia peccati suscipitur cor-
reccio Secundum est penitenciam sub-
ire sine culpa quemadmodum Pau-
lus qui nichil sibi conscius fuit
ac tamen gloriabatur in cruce domini
nostri ihesu Nec voluit aliud scire
nisi cristum et hunc crucifixum
Tercium signum suscipere affectum
penitencie non habens peccatum
magna enim humilitas est in eo
qui et si non peccat quod peniteat
tamen vult ut peniteat Quartum est
omnia que reprehensibilia de al-
titudine redit ad simplicitatem

et non ambulet in magnis neque
in mirabilibus super se Nec hypo-
signis similibus derogat alterius in-
tellectus De quibus dicitur homo am-
plius mundato corde redditur
instruccior ad videndum de deo
quam antea non poterat Sed quid hec omnia
nisi ad pulcritudinem anime sine amore
Tercia est deus cognosci ab homine
quod fidem requirat vult ab homine sibi
conformem fieri quod requirat san-
ctitatem vult timeri et honorari
quod requirat humilitatem Sed dicit Bern
Amor est qui eam absque amore sed
pena est honor sine amore adulacio
est et non sed gratiam Nec quo non sufficit
per se sed amor per se sufficit per se
placet propter se ipsum meritum est amor eius
est meritum et est sui ipsius pre-
mium amor propter se non requirit extra
causam eius quia amor verus amo
ut amet nec requirit fructum quia
fructus amoris usus est Et hec
dicit Bern sermone lxxxiij super
cantica vel subditur Quomodo motibus
sensibus et affectibus in
qua creatura potest respondere suo crea-
tori Quomodo et mutuam vicem re-
pendere nisi amando ponit exempla
Si iratus deus irascitur non eo simi-
li irascor sed tremebo et contremiscor
et veniam deprecabor Si me arguet
non redarguere a me sed ex me potius
iustificabitur Si me iudicabit non
iudicabo eum sed adorabo Si me
salvabit non querit a me salvari
Si me ab aliquo liberet non eget a
me liberari Si dominatur oportet servire
Si imperat oportet parere et non vicissim
a domino servicium vel obsequium
exhibere Sed si deus amet aliquem
non aliud vult quam amari nec ad
aliud amat nisi ut ametur quod in ipso
amore consistit beatitudo Nec Bern
cuiusque habitus [illegible] exardescit
amore ille totus pulcra est et [illegible]
in se [illegible] Sed Quinta ut dicit
Bern Amor [illegible] est [illegible]
Amor [illegible] et [illegible] est Amor
validus et omnipotens est quia
duos iungit in uno spiritu [illegible] duos

cam non duos sed unum faciat. Dicit
et Paulus: Qui adheret deo unus
spiritus efficitur cum eo. Et postquam
sic adhesit deo amore et sancti-
tate, verus dei amicus est. Amicus
enim est alter ego. Ut merito de qua-
libet anima sic desponsata sic dicatur:
Tota pulchra es amica mea etc.
Cant. 4. Quod de pulchritudine virginis
gloriose dicitur. Si enim fides que-
ritur, in ea omnes patriarchas
excedit ut apparet ut supra. Si queritur
sanctitas, non nisi quod peccavit
supprimit Bern. in epistola ad cano-
nicos Lugdunenses inquiens: nec
honora carnis integritate et vi-
te sanctitate et de humilitate eius
nemo interim dubitat. Ex quorum
cuncti: Tota sunt in amore divino
divinus ... propter quod Bernhar-
dus vocat eam magnificam
gratie inventricem. Totaque pul-
chra. Bern. dicit: Non tantum pulchra
intra mulieres nec in genibus nec
in collo, nec pulchra cogitatione
nec pulchra cum delectatione nec
pulchra corpore sed a pulchritu-
dine filii et sui desponsationis. Ipsa
enim est stella ex Jacob clarissima
et fulgens, flos de radice
Yesse candidissimus. Vere pul-
chra tota, quia pulchra in utero,
pulchra in toto, pulchra in mundo.
Et tamen nunquam peccavit ut supra. Et
ex quo nunquam legitur peccasse
sed semper gratiam gratie accu-
mulasse, absque dubio est omni
macula carens sponsa et tota pul-
chra, cuius pulchritudinem non solum
sol et luna mirantur sed omnia et
celestes potestates ammirantur in
celis ad dexteram filii sui residen-
tem. Ad quos nos perducat etc.

Secundus sermo de eodem

Sapientia edificavit
domum. Prover. 9.
Sapientia dei filius
per susceptam huma-
nam naturam nobiscum
habitare nullam
nobiscum habitare domum invenire
potuit que digna fuisset tanti habita-
toris atque etc. Et ideo oportuit ut eam
de novo crearet. Ideo dicitur: Sapientia
edificavit domum, id est regina
celi. Que ut dicit Ambro. in exame-
ron: Bonus artifex primo fun-
damentum ponit, post fundamento
edificationis membra distinguit et ad-
iungit ornatum. Ista tria sapientia
divina servavit in huius domus
edificatione. Primo fundamentum
posuit, quod fundavit eam altissimus
iste fundamentum eius in montibus sanctis,
in altitudine scilicet prius eius potencie
attributum filio eius sapiencie, spiritus
sancti eius bonitatis et gratie. Et ideo
tandem non potuit nec per impotenciam
nec per ignoranciam nec per aliquam
maliciam. Domus enim tanquam in petra
sit aliquis iterum tamen mortuus et ipsa quasi
modo non apostolus excepti fuerunt.
Petrus quidem cecidit per impotenciam seu
infirmitatem qui timore mortis dominum
negavit, et racio quia non domus erat
fundatus super altitudinem divine
potencie. Paulus cecidit per ignoran-
ciam, sed ad Timotheum: ignorans
feci in incredulitate mea. Et racio,
quia non erat fundatus super
altitudinem divine sapientie. Judas
cecidit per maliciam affectatam, quia
dilexit maledictionem et venit
ei. Et racio, quia non domus erat funda-
tus super altitudinem divine gratie.
Nullo autem istorum modorum Maria ca-
dere potuit. Non enim cadere potuit per
maliciam, quia fundata erat super
altitudinem divine gratie, propter quod di-
citur: Ave gratia plena. Nec per impotenciam,
quia fundata
erat super altitudinem divine po-
tencie. Et ideo subdit: In me omnis
spes vite et virtutis. Et sapientia ex-
cedit in ea columnas, id est ubi
the... id est domus sunt robo-
rata, propter quod vocatur stelle
...

ut dicit ps. Ita virgo gloriosa nec
habuit corruptionem nam casu nec
carnis Non enim in se habuit corruptionem
originalis peccati Nec in nati-
vitate sicut in concepcione prout
iam ecclesia diffinivit Et hec oste-
ditur ergo auctoritate et ratione
Exemplo quidem de Jeremia
et Johanne baptista De quibus
sunt in utero sanctificati eo quod
primus fuit propheta et alter precursor
cristi Argumento fortius et aliquibus
de ista creditur que fuit mater dei
Auctoritate ps. Sanctificavit taber-
naculum suum altissimus Item
nec gemma prefulgidior in vase
mundo electa relucet Sicut nec
deus pater filium suum in utero marie
posuisset nisi tota munda fuisset
Damascenus Sicut enim deus in sanc-
tis habitat Et Sapiencie i° Sa-
piencia non habitabit in corpore
subdito peccatis Non etiam ipsa ha-
buit corruptionem aliquam actualis
peccati Anima fuit tota sine inmuni-
ta ab eo Cant. iiii° Ortus
conclusus fons signatus fuit
enim ortus conclusus quia scripturam clau-
serat ac sibi suos custodes fuit
etiam ortus conclusus quia angelus eam cu-
stodiebat in tota vita eam conservando
Fuit fons signatus quia deus ipsam
signavit ipsam desponsando Et ideo
plus deus clavem portabat omnis
thesauri intus latebat Non etiam
habuit in morte corruptionem aliquam
putrefactionis quia corpus eius
fuerat deo proprium secundum compagina-
tionem dei sancta prudentia compo-
patur ... firmissime con-
solidatum et divinitate filii dei in-
balsamatum Secundo de stel-
la quia in eius casus apostoli
in passione christi ceciderunt a fide
dei a gracia et a caritate dei Apoc.
xii° Stelle ceciderunt Ipsa autem a
fide cadere non potuit quia omnia
hec de deo erant dicta fuerat
experta et spiritu sancto docta Nec

a gracia Anima in utero fuerat
confirmata Nec a sancta caritate
Anima enim semper erat coniuncta iux-
ta illud Jo. xix° Stabat iuxta
crucem ihesu mater eius Tercio de stella
tramontana in casu ceterorum Stelle
enim in suo motu non possunt cessare
Anima movetur Aut motu suo a
deo concreato Aut motu firma-
menti citissime Motu vero suo
tardissime Sic beata virgo non
movebatur motu proprie voluntatis
Set motu divine dispensacionis
Mota est autem ut cristum conciperet
consentiret et protinus adquievit
Et in egyptum fugerat et gloriose
obedivit et inde rediret et statim
obtemperavit Nos autem ad precep-
tum mei superioris movemur
tamen ... affectum suum volun-
tatis mee Ipso sidera etiam sig-
Judicum v° In sunt sidera etiam
cia Secundo divina sancta in e-
dificatione huius domus et edificio
pulcher excepit Circa quod duo sunt
videnda Primo qui fuerunt arti-
fices qui ... Secundo quod sunt
edificium quod ... artifices
isti fuerunt pater et filius et spiritus sanctus Conscripsit
pulcra ... eius mentem quam
purgavit filius eius ventrem quam
ipse inhabitavit Spiritus sanctus utrumque quod utrumque
sanctificavit Cant. iiii° Tota
pulcra es amica mea et macula
non est in te pulcra quia filius eius
illustravit sine macula quia spiritus sanctus eius
mentem purgavit Tota pulcra quia
pater ventrem et mentem sanctificavit
Est ergo tota pulcra per commoditatem
mentis et corporis integritatem
Fuit autem eius puritas perfecta Imper-
mixta et grata Sunt quidem perfecta
quod tres est puritas scilicet humana
angelica et divina Ipsam puritatem
divinam ix mensibus in utero suo ba-
iulavit Ipsam puritatem angelicam
tota habuit Ipsam puritatem huma-
nam ... fuit etiam puritas
inpermixta Non enim habuit admix-
tionem originalis nec mortalis nec ve-
nialis neque Judith xiii° Vivit
dominus quod custodivit me angelus eius

Et hinc ante et commoratur
Et in hinc reuertetur Custodit
autem cor duo et mundi continet
ipsa ab originali preseruauit et
in mundo commorantem et ipsa
a mortali conseruauit et ad primam
reuertentem quia sine macula
venialis Secundo oportet Quod
admiratur anglici dicentes Que
est ista que progreditur Et fuit
ista cuius puritatis continua Nun-
quam enim fuit interrupta Eccli.
xxiiii c°. vsque ad futurum seculum
non desinam Nunquam intemperata
quia a deo confirmata Idem Et
sic in syon firmata sum Nunquam
diminuta seruabat enim illud
prophete Exultabat et stope
ram primum meam quia sic fuit an-
gelica et vita ymmo tota integra Et
deiformis effecta Ieronimus Inte
pie perhibentur amicta que luci
illi immarcescibili videbatur im-
mixta sancta nec sumatim tangi
Sed magis operiri et circumfundi
et tanquam illo igne concludi hec ille
Istud autem edificium de quo in via est
cratum scilicet de argento auro et
lapidibus preciosis j. Corinthiorum iij°.
Si quis superedificat super fundam-
entum hoc argentum et aurum et la-
pidem preciosum Fuit enim istud
edificium factum de argento per
argentum intelligitur candor cordis lucu-
dum atque virgineus Canticorum j°.
Nigra sum sed formosa Et specie
tua et pulcritudine tua Candor autem pulcra fuit
virginitas Augustinus reputabat se ni-
gram per humilitatem Canticorum j°. Ni-
gra sum sed formosa Et Speci-
corporis lucidum nigredo officium
et effectum facit Sic dicit Au-
gustinus in libro de ciuitate dei per hoc
triplex exemplum Ignis cum
licet sit splendidus tamen carbo-
nem nigrum facit Argentum
licet sit fulgidum tamen lami-
nas nigras efficit Beata
hic nil deficit

Beata autem virgo hinc igne diuino
scilicet amoris dei amore inflammatur
licet sit in argentum lucidum
corpus virgineum licet habuit
alienum lucidum habundanciam
tamen tota sempiterna nigra humi-
lia seruabat ut sic fuit istud
edificium factum de auro Per aurum
enim eius amorem tota beati-
tudinis et in amore Christi Sicut ei
homo amans terrena terra effici-
tur et amando deum efficitur
deus Sic fuit istud edificium factum
de lapidibus preciosis id est virtuti-
bus gloriosis Exodi xxviij°. Lampa-
des preciosi lapides preciosi
omnes muri eius et lapides pre-
ciosi omnes domus tecti preciosi fue-
runt In tercio gradu deuota
Nota quia sollicitata Rursum parit
expectata Conuersacio angelica
erat angelis enim et amici cum hominibus
conuersabatur Ieronimus in epistola
ad Cromacium et Heliodorum dicit
quod beata virgo ita erat statuta
ut a mane usque ad terciam oracioni
insisteret et a tercia usque ad nonam
operi vacaret a nona usque ad
vesperas ab oracione non recede-
bat donec angelus appareret a
quo cibum insisteret Tercio domina sa-
piencia domum ita decorauit atque
depinxit Et hec a colore scilicet
albo puritatis Nigro humilitatis
et Rubeo caritatis Et pulcra
color permixtus scilicet albus niger
et rubeus quia in virgine pulcra
coniuncta fuit virginitas humilitas
et caritas Conserta in hac ecclesia
tercia colore se habuisse testatur
Canticorum j°. Nigra sed formo-
sa Et color nigre humilita-
tis illius Et color albe
virginitatis sicut pelles salomo-
nis Et color rubeus caritatis
Cantica rubea Glosa idem Iste pel-
les rubricate erant per que
caritas designatur Et ideo dominus
in libro de ciuitate dei Domus bona

e sancte edificata Secundo est partibus
membris et partibus disposita
ampla et lucida Sic virgo maria
est a sapiencia dei edificata ut in ea
divina sapiencia inhabitaret et ha-
bunt in se ita tua sunt omnes suis
partibus membris disposita De quorum
membrorum dispositione dicitur Cant iii ferculum
fecit sibi rex salomon de lignis liba-
ni columnas eius fecit argenteas
reclinatorium aureum ascensum
purpureum media autem caritate
constravit ferculum istud est virgo
gloriosa quia ipsa fuit vas e-
lectum quia aliud omnium nobilius
ministravit Prover. xxxi facta
est quasi navis institoris Secundo
domus hec fuit ampla habuit
enim amplum uterum ad divinitatem con-
tinendum intellectum ad cognoscendum affectum
ad compaciendum thesaurum ad
subveniendum Primo habuit amplum
uterum ad deum concipiendum
Ideo dicitur templum quod celis am-
plius Pe Dulceppinus de mag
bruni in medio templi tui Sicut
enim tota tota manna erat in
urna et tota urna erat in ar-
cha et tota archa claudebat
in templo Sic et deitas tamquam
manna dulcissimum tota erat
in urna id est in christi anima et ipsa anima
tota erat in archa id est in carne
christi deificata et hec caro to-
ta claudebatur in templo id est in
utero virginis Secundo habuit
amplum intellectum ad cognoscendum
Tunc enim intellectum non indigebat
radio solis tria intra se habebat
quia intra se habebat ipsum solem
Eccl. xxvi sicut sol oriens
in mundo et non radio lucerne quia
intra se habuit ipsam lucernam
id est divinam sapientiam qui dicta as-
similaverat testarum id est carne hu-
manam ibidem lucerna splen-
dens super candelabrum sanctum
non scintilla ignis quia ha-
bebat ipsum ignem sunt enim rubee

inflammatus ab igne dei de-
scendendo habitu in ipsam Tercio
habuit amplum affectum ad com-
paciendum quia omnes intra
sinum sue pietatis recepit hab-
bens zelum sed gracie mise-
ricordie et glorie De quibus
canit ecclesia Maria mater gracie mater
misericordie Siquidem intra si-
num gracie recepit iustos Unde
dicitur Maria mater gracie Intra
sinum misericordie peccatores Unde di-
citur mater Intra sinum sue dul-
cedinis tribulatos recepit ab
omnibus hostes comprehendum Unde
sequitur Tu nos ab hoste pro-
tege Intra sinum glorie iustos
recepit Ideo sequitur In hora
mortis suscipe Quarto habuit am-
plum thezaurum ad subveniendum
habens enim subveniendi potestatem sapientiam
et voluntatem Prover. xxxi the-
saurus desiderabilis in habita-
culo iusti potens subvenire
quia habet thezaurum vult subvenire
quia habet pietatis oleum Oportet sub-
venire quia fuit iusti habitaculum
id est custodium qui est sapiencia
dei que sancta nove mensibus
in utero sancte habitavit Bern-
ardus dicit est a potestatis nec voluntas
quia mater est nec industria
quia mater est sancte Bernhardus
quid de fonte pietatis Rome
qui ponunt cinnamum sua tenere
dimidia dici hora Reliqua vero
dimidia dei dici parte ponunt ser-
vant odore cinnamomi id est vispera
ac dulce afferunt in quibus ix men-
sibus divina pietatis requievit
Tercio domus hec fuit lucida Nam
in ea fulsit luce aurore Cant. vi quod sto
illa aurore surgens sole mane ab-
sit in nubibus rutilat lumina vero
crescit donec die perfecta faciet Sic
et virgo maria propter suam conceptionem
et sanctificationem in utero semper
crevit in mundo Prover. iiii Semi-
ta iusti quasi lux splendens procedit
et crescit usque ad perfectum diem

Ipsa enim fuit lux splendoris sanctificacionis processit in ipsa supraveniencie. Lucet in filii generacione facta est. Ipsa dicit in sua assumpcione fulsit in celum sicut luna. Omne sapientie incarnate. Ecclesiastici xxx. Luna cursu tenet et signum dici fecit ipsa quod datur lucem quod divina sciencia incarnata tunc ostendit suam temporalitatem. Sua ebritas et sua festina iocunditas fulsit etiam in celo plus. Dicit enim Augustinus de sole vidensque solem fulgentem et calentem et movente dicit spiritualis id est in hac domo refulsit quia stat eam fulgere per plenissima deitate cognicione. Calet per fecundissima dilectionem et ad nos venire per velocissimam subvencionem. Beate igitur venter beate virginis Christum portavit et indutus lucet. xxi. Quia fuit thalamus Christi habitacionis Spiritus Sancti apotheca carismatum et fons bonorum graciarum. Fuit thalamus Christi. Ergo in eadem mundicia virginali habuit quod virgo virginitatis integra in corde et aia dedicata. Et maxima eam devenit exaltare et superna sancta. Et malis pullata fuit a nostri virginis concupisti potuit quia eius puritas corda intuencium penetrabat et motus illicitos extinguebat. Unde assimilatur mirre et cedro quia sicut adest mirre fugat vermes et odor cedri serpentes. Sic et eius puritas de cordibus aliorum fugabat motus bestiales. Ideo fuit habitacionis Spiritus Sancti. Spiritus namque sanctus venit ad eam ad sanctificandum. Item ad implendum. Mathei i. Quod in ea natum est de Spiritu Sancto est. Item ad accumulandum. Luce i. Spiritus Sanctus superveniet in te id est supra te veniet. Veniet per prosperitatem per mentitatem quod est in eo inter deum et nos. Deus vero venit quia in celo et terra venit per illa tamquam in ventre.

Deinde enim deo assistit. Et gloria gracia quod nobis adquirit ut psalmus astitit regina a dextris tuis etc. Tercio est apotheca carismatum quia in eadem carismata et medicinas reposuit quibus in eo Christus omnium viatorum medicinam composuit. Certamus quod considerantes sue sanctissime puritatis. Canticorum vii. Venter tuus sicut acervus tritici vallatus liliis. Item nota. Verus fuit tritici. De quo Iohannis xii. Nisi granum frumenti cadens in terram est. Est instar acervi quod in primo est latus et in fine angustus quia descendit et tendit ad humanitatem nobis manifestus quibus divinitas vero ad divinitatem fuit occultus. Et fuit vallata id est circumdata liliis puritatis scilicet intus et extra et superius et deorsum a dextris et sinistris ante et retro. Sic vallata fuit quod hostis nequam propter immediatam puritatem ad eius contrarium potuit. Medicinam curationis et consideracionis sue paupertatis quod quia fuit paupertatis ante partum filii quia nupta fuit pauperi sponso. Hospita in paupere domo. Pauper partu quia pro thalamo habuit stabulum pro lecto presepe et veniret. Pro domicellis habuit bovem et asinum pauperem post partum quia tulit oblacionem pauperum. Nutriebat filium per potum et cibum et non ad filiam habuit domicellam. Medicinam curationis et consideracionis sue humilitatis. Constat humilitas coacta spontanea et honorata. Coacta et si non sit meritoria tamen scilicet magna est quia necessitas cogit est in virtute posita. Humiliamini in compedibus pedes ad spontaneam. Et si deo sit sit meritoria hec est. Contraria sit verum generacio. Mathei vi. Humiliamini tua in medio tui. Honorata est quia nam habet occasionem non humiliandi occasione. Hec scilicet quanto plus a deo extollitur.

Danto ad humilia provocantur Ta-
les sunt humiles mulieres que sunt ho-
norata ab angelis de quo honore
vide Helenam in legenda crucis

Sermo de Exaltacione sancte crucis

Nunc tempore dixit ihesus
Johannis xii et tractatur in evangelio
huius diei Nunc iudicium est
mundi etc Johannis xij
Dicit apostolus Romanos
v sicut per unum hominem
peccatum Adam mors intravit in mundum
sic per unum hominem scilicet ihesum christum
vita rediit ad mundum Adam
autem meruit mortem mundo racione peccato
superbie et elacionis inobediencie
et transgressionis concupiscencie
et delectacionis ut Gregorius glosator super
Genesim et virtutibus contrariis destru-
entur Quod nunc ihesus christus vocatus mun-
dum reduxit ad vitam unde apostolus hu-
miliavit semetipsum contra superbiam fa-
ctus obediens deo patri contra inobedien-
ciam usque ad mortem crucis contra concupi-
scenciam propter quod et deus exaltavit
illum ad Philippenses ij Ideo et nos
si cum eo volumus exaltari oportet nos
humiliari quia humilitas est funda-
mentum sanctitatis Unde Gregorius qui sine
humilitate virtutes congregat quasi pulve-
rem in ventum portat Gregorius Item
oportet nos obediencie esse quia obediencia
per quam servantur mandata san-
ctitatem augmentat propter quod dice-
bat Samuel primo Regum xv quia me-
lior est obediencia quam victime scilicet
corporales quia spiritualia sunt
meliora corporalibus per obedien-
ciam autem victimatur hominis volun-
tas Ideo sicut christus fuit obediens usque
ad mortem crucis ita et nos exem-
plo christi simus quasi filii obediencie
primo Petri primo Simus casti sicut castitas
castitas sancta ac racionabilis mobe-
diencia carnis ut digne cele-
brare possimus festum exalta-
cionis sancte crucis quod hodie
solemniter celebrat ecclesia De quo

legitur etiam in Johannis xij vel v Et
hoc generale est quod quicumque res aliqua
fraudulenter et iniuste acquisita ad-
quiritur et possidetur non potest ea semper
uti et ea dominari Sed oportet eam finaliter
amittere Iuxta illud De male ad-
quisitis non gaudebit tercius heres
Sed quia dyabolus quod et mercenarius
vocatur princeps huius mundi quia
dominabatur in malis hominibus mundo
per amiciciam debitam fraudulenter
hec domini in omnibus obtenta ob-
tinuit Ecclesiasticus Regnum regnacionem tol-
let ideo non potuit eis in eternum possidere
Sed oportet eas finaliter dominium amit-
tere et hec per passionem domini nostri
ihesu christi per quam ipse eiectus est foras
ut evangelium Nunc princeps huius
mundi eiicietur foras Non quod non
temptat Sed quia interius non regnat
potestative quia manus eius
qua trahebat ad penam per passionem
christi est ei amputata Sic quod non
instrumentum post mortem potest ad penam
infernam trahere sicut primus ipse ma-
nus eius impellens qua tempta-
bat homines ut eos perderet et dia-
bolus per fraudulenciam intentio
debilitata quod non potest ad malum
inducere nisi consencientem Gregorius
debilis est hostis qui non vincit
nisi volentem Et magis mea forti-
ficata est ad resistendum per fidem
quam habemus de deo et eius passio-
ne et operibus et miraculis Iuxta
illud primo Petri v Cui resistite
fortes in fide Nam sathanas
princeps huius mundi per passionem
christi est eiectus foras Ideo ipse
semper omnes timet passionis christi
in memoria et signum crucis Legitur
de illo fideli notario qui quondam
magus ad quendam locum duxerat
in quo demones advocaverat
promittens ei divicias multas
Cum autem venisset ad illum locum vidit
ethiopem magnum super excelso
throno sedentem et in circuitu
eius alios ethiopes cum lanceis
et fustibus stantes Et interrogat magus

perditus etc. ethiope dicens Cuius est
preceptum qui videt domine famulus
noster est Cui demon dixit Si vis ado-
rare me et famulus meus esse et cri-
stianum negare locabo te in dex-
tera mea Ille autem signum crucis
mox edidit confessum esse se chri-
stianum ac alta voce clamauit Sta-
tim quam ut edidit signum crucis omnis
illa multitudo demonum euanuit Preter-
ea ad quandam vicem predictus nota-
rius templum sancte Sophie
cum demon suis intrasset ut [illegible]
[illegible] de impeditione [illegible] crucis
signum Ecce quante virtutis est signum san-
cte crucis per quod notarius eadem
monitus liberatus est Non solum in-
imici autem vincuntur per signum crucis
Sed etiam inimici corporis Exemplum patet
de Eraclio imperatore qui propter
sanctam crucem Cosdroe rege per-
fide superat et occidit Unde
cantat ecclesia Superatus est ac
patet Sed et patet duo adversa-
rius ab Eraclio primo bene-
dictus crucis regis accedunt ho-
stes cedunt sola cruce duce
omnis fugit iniusta vis Et Constan-
tinus imperator vexillo et signo crucis
vicit barbaros cum ei dictum est
ab angelo In hoc signo vinces ho-
stes tuos ut refertur de Consta-
tino quod ipse a primo signum sancte crucis
accepit Legitur [illegible] in bello
sunt [illegible] Eamundus in suo exerci-
tu tenens vexillum suum signum crucis
ab hostibus fugiebat statim intra
[illegible] vel saltem non valent vul-
nerabatur Eamundus autem vexillum
accipiebat ille [illegible] pote-
rat nec vulnerari [illegible] sagitta-
rum et gladiorum plagas [illegible]
autem sine vexillum [illegible]
[illegible] Ita in spiritualibus bellis
quicumque non habet vexillum crucis et
portat illud in corde et vita sua
sicut debet vulneratus et occidit
mortalibus peccatis et demum pe-
nis eternis [illegible]
[illegible] vulnera cadit et

inimicos vincat Sicut beatus
Martinus Eius in [illegible] de-
[illegible] dixit Ego signo
crucis non clipeo protectus aut gal-
lea hostium cuneos omnes pene-
trabo securus Et dicit beatus Augustinus in
sermone quodam describens
utilitates sancte crucis ita dicit
Crux [illegible] prius nostrum cruciatus erat
condempnationis et [illegible]
magne Nunc autem facta est res honore
prius in dampnationem maledicti
stabat Nunc in occasionem salutis [illegible]
est Hec enim tamquam [illegible]
bonorum [illegible] causa hec nos
de erroribus liberat hec liberat hec
nos sedentes in tenebris illuminat
hec nos a dyabolo oppugnatos deo
reconciliavit et ex alienatis et
alienis in domesticos restituit
de longinquis propinquos fecit de
peregrinis cives hec est inimicitie
interemptio pacis firmamentum omnium
bonorum thesaurus Propter quod dicitur Via
non erramus in solitudinibus Viam
enim veri agnovimus neque extra
regnum positi sumus ianuam enim
regiam invenimus Iam igneas dyabo-
licas sagittas non timemus fontem enim
invenimus [illegible]
Per hanc [illegible] non [illegible]
[illegible] Non enim [illegible]
[illegible] crux bonum pa-
storem invenimus Per hanc non formi-
damus tyrannum regem enim adhe-
rimus Propter hanc diem festum agimus crucis
memoriam celebrantes etc. etc.
Et ideo [illegible] beneficia
multa sancte crucis in laude eius
[illegible] ita dicens O crux
splendidior cunctis astris mundo
celebris hominibus multum amabi-
lis Sanctior universis que sola fuisti
digna portare talentum mundi Dul-
ce lignum dulces clavos dulcia ferens
pondera Salva presentem catervam
in tuis hodie laudibus congrega-
tam Tuo vexillo signatam Et sic de sancto

Consequenter xpc in cruce dicat Et
ego si exaltatus fuero a terra .i. si
fuero elevatus a terra super crucem
et suspensus in aere et ita mo-
riar. Omnia traham ad me ipsum
.i. omnes homines reparabo quos A-
dam dampnavit. Ad litteram xpc
fuit exaltatus in cruce ut nos re-
dimeret Johannis iii° Sicut moyses
exaltavit serpentem in deserto ita
exaltari oportet filium hominis ut omnis
qui credit in eum non pereat sed
habeat vitam eternam. Secundo ut
nobis innotesceret. Tercio ut
nos erudiret. Johannis viii Cum
exaltaveritis filium hominis tunc
cognoscetis quia ego sum
Vel xpc in cruce exaltatus hec
cetera docuit nos paupertatem quia
nudus in ea pependit. Caritatem
quia in ea distentus fuit ob largi-
tate. Primo in ea largitatem
ostendit. Asperitatem quia in ea
totus sum graviter afflixit. Clemen-
ciam tamen quia in ea usque ad
mortem sermonis permansit et humi-
litatem quia in ipsa inclinato ca-
pite emisit spiritum. Primo dixi quia
xpc in cruce exaltatus docuit nos
paupertatem. Primus eius ymmo pau-
perior esse fuit quia natus alie-
na domo. Secundo via pannis invol-
vitur et in presepio ponitur. Ter-
cio eius non domum habuit ubi
reclinaret caput suum. Et ad ex-
tremum nudus pependit in ligno
Sindone involutum aliena et
in sepulcro ponitur non proprio
Unde quemadmodum vocabuli paupertas quemadmodum
egemus, quemadmodum medicine. Ergo et
nos mundi debemus affigi cruci
penitencie, continuacionis bonis habitu
saltem quantum ad inordinatam affec-
cionem ut mundus nobis crucifixus
sit et nos mundo prout dice-
bat apostolus Michi crucifixus est
mundus et ego mundo. Alias non potest
esse vera penitencia. Impotencia
nis quibus conciliatus sunt om-

bus que possidet non potest esse meus
discipulus. Ipsi quod dicebat apostolus
ad Galatas vi Michi absit gloriari
nisi in cruce domini nostri ihesu cristi. Ubi
versus in Aug. non me teneat re-
tro aut cum teneat .i. ut neque inve-
dens in nocte possit neque ergo aliquid
de mundo cupiat. Unde sicut allu-
dit Ambrosius li. vi super Lucam
ca. xi Hec est fidei gloria si re-
integras Cui crucis alie cruces
nil prosunt. Sola crux cristi mi-
chi utilis est. Et sic vidi ubi per quam
in mundo crucifixus sum. Non diligo eum
scilicet quia preterit non concupisco
eum. Odio quia corruptela con-
sumet hunc mundum quam sedentem
viro et qui lugeam ea luxuriosa
Secundo xpc in cruce exaltatus
docuit nos caritatem. Cristus et eius
membra sunt in cruce ad omnem
locum porrigunt distenta. Sicut cantat
ecclesia. Et est Ambrosius. Dicitur flo-
re ramos arbor alta tensa laxa
viscera et rigor lentescat ille quem
dedit nativitas. Et nos in cruce penitencie
debemus extendi per caritatem
sursum ad diligendum deum. Deor-
sum ad diligendum nos ipsos. A dex-
tris ad diligendum amicos et a
sinistris ad diligendum inimicos
ut possimus comprehendere cum omni-
bus sanctis que sit longitudo la-
titudo sublimitas et profunditas
Unde in Aug. extra de misterio
crucis. Ergo nos qui debemus illam
crucem tollere et sequi cristum exten-
dimur ad diligendum omnes ut sic
cristus per mortem corporalem quam
in cruce sustinuit interfecit omnes
inimicicias que erant inter deum et homines
Inter homines et angelos. Inter gen-
tiles et iudeos. Interfecit in semet
ipso per crucem .i. per mortem quattuor
cadunt in cruce. Tercio nos per mor-
tem spiritualem quam debemus cum xpo
mori et sic in cruce penitencie
interficiamus in nobis ipsis omnes
inimicicias quia ad ea inimicicia

pt quartum vero pena sive sit minima
ad deum sive ad se ipsum quod sit dili-
gendo peccatum sive ad proximum amor
vel inimicus. Tercio crucis sive mun-
ti exaltatus docent nos largita-
tem. Christus enim moriens fuit rex largis-
est ut creatura racionalis inhibet deum
inhonoret in quo deus eam prete-
teris honoravit Si nephas est ymaginem
crucifixi vel beate virginis in lu-
tum proicere quantum nephas est
ymaginem sancte trinitatis immundicia
peccati commaculare Unde Bern(ardus)
super illud ps. In omni te ma(n)u ymagi-
nem ymo ipsam ad nihilum redigit in
omni te reliqui Tamen apparet in sua om-
nitate terrestri ymaginem celestis adim-
plebimus redegerunt Et dicat dubius
quam Cesar in denario exigit impres-
sionem ymaginis sue Sicut deus in
anima humana vultus sui insignitum
Et sicut in moneta requiruntur pon-
dus materia et forma pulchra adeo ut
vt regat Sic in anima exiguntur iusticia
temperancia et caritas que est for-
ma virtutum Reprobatur autem moneta
si deficiat in pondere vel deficit materia vel
in forma Sic et homo reprobatur
si deficiat in iusticia Aureus vero mone-
ta per claritatem virtutum Reprobatur
si deficiat in Temperancia qui

ne dum passiones restringit sed
et opera virtutum Et in medio con-
sistit Reprobatur si caritatem
non habet ut dicitur i Cor xiii Si lin-
guis loquar hominum et angelorum caritatem
vel caritatem autem non habeam
habuero nichil sum et invenitur
autem in moneta que generacione de-
narium primum signum per quod
intelligitur homo inordinatus
et in consciencia pollutus Unde Ie-
remias dicit Argentum reprobum
vocate eos Nec in thesauris dom-
ini ponendum Secundum intrinsecum
cuprum et exterius argentum
Et signat ypocritas de quibus
Math. xxiii Ve vobis scribis
et phariseis qui similes estis se-
pulchris dealbatis que foris
speciosa apparent intus autem sunt
plena ossibus mortuorum Item signat
mulieres que depingunt
vultus suos ut decipiant ani-
mos Et alibi dicitur Ezechielis xvi Fecisti
tibi ymagines virorum vel
demonum Tu reputasti eam et pinx-
isti ungentis ut seduceres ani-
mos in opprobrium et adulteria in ocu-
lis hominum augmentaveris Item Cra-
sti effigiem pulchritudinem Ego
tamen non cognosco Jeronimus quam
sciencia tollis vultum ad speciem
quem conditor non cognoscit tunc
ne contingat sicut Jesabel de qua
scribitur iiii Re. ix Tercio genera-
liter est argentum sed diminu-
tum ponderis Et signat illos qui
fidem confitentur sed factis autem
negant vel signat infideles Quar-
tum argentum est confractum et
significat illos qui fidem ba-
ptismi vel confessionis infringunt
de quibus dicitur secundum per
Jeremiam dicit Irritum fecerunt domus
israhel et iuda pactum quod
pepigi cum patribus eorum Isti
sunt omnes mali denarii non
habentes ymaginem dei et sup-
scripcionem sed demonis Unde de
talibus dicitur in dicendi
et Redditur que sunt dyaboli
dyabolo Unde Ezechielis argentum

z integrum et lex principium
inscriptum ponderosum inflexi-
bile et preciosum Et sic ieiunium
qui se immaculatos custodiunt
ab hoc negotio seculi et a contagi-
one diversorum secularium peccatorum
hanc integritatem observant preceptorum
et articulorum fidei et in-
scriptorum iuris naturalis Non fa-
cias alijs quod tibi non vis fieri vel
et quod tibi vis fieri alteri fac
similiter Jobis iiij° Restensio de-
narij sit in morte cuiuslibet Sicut
Ut in die iudicij sit generalis Tunc
enim videbitur an sit bonus vel
malus Qui in huius facto corpore
exiens non potest ab hominibus discer-
ni qualis sit Et tunc manifeste
apparebit an homo sit vel ma-
lus et tunc reddet omnes de sitis
proprijs rationem Cui bona abiunt
in vitam eternam Quam nobis pre-
stare dignetur p. z. f. z s. s. Amen

Sequitur Sermo de dedi- cacionibus Ecclesiarum

Quia festum dedi-
cacionis est festum
ture contemplacio-
nis et renova-
cionis Et quia nobis
promittitur salus
Unde hodie
huic domui salus
z Igitur salus me(re)tur nobis
inducere ad querendum salutem quam non inve-
niunt nisi per veram penitenciam Inquid
Nisi penitenciam egeritis omnes simul pe-
ribitis Unde in propositum nobis exem-
plum de Zacheo qui fecit penitenciam
tis Et ideo si ad veram penitenciam veni-
re cathagimus eum dirige inspi-
ciamus In hic enim invenimus quam pe-
nitenciam agere debeamus Et in ewan-
gelio Egressus est ihesus perambu-
labat Jericho Jericho interpreta-
tur luna vel mundus Et sic iste mundus
in quo est ... mundo ... celo mo ...
terra hodie ... z omnia terre
nascencia alterantur Dicit enim
philosophus in methaurorum Iste mundus
inferior contiguus est lacionibus
superioribus ut inde virtus eius
gubernetur Et ob hoc quia contiguus mundus
iste mutatur variatur omnis homo
subiacet Quod constantis Salomon
dicebat Ecclesiastes ij° Vidi cuncta sub
celo et esse universa vanitas z afflic-
cio spiritus z vidi nichil permanere
sub sole unus nascitur z alter mo-
ritur unus crescit z alter decrescit
unus extollitur z alter deprimitur
unus letatur alter tristatur unus
dives alter pauper unus dominus al-
ter servus Ipse homo sicut dicit
Job Natus de muliere brevi vivens
tempore repletur multis miserijs qui
quasi flos egreditur z conteritur
Et fugit velud umbra z nunquam
in eodem statu permanet Et ve-
riche Tunc quod dominus perambulat
Jericho cum exivit a patre z venit
in hunc mundum ut peccatores salvos
faceret Sic dicit in fine ewangelij Venit
filius hominis querere z salvum facere
quod perierat Cum ergo nos eciam
Jericho i. hunc mundum videamus
perambulemus sed non inherendo amo-
re inordinato Stultus enim est qui
mundum labentem diligit Nec querit
ubi pectus manere possit Trans-
sit quoque mundus z concupiscencia eius z gloria
Et ideo omnia que sunt in mundo
censentur vanitates z afflicciones
spiritus Et est mundus quasi mare
plenum z ignorancie ... ... in ille
et sancte ... in eo sunt omnia
vana omnia lubrica labilia
tedijs obvoluta laborijs obsessa
ubi predicantur z affliguntur
certa In eo est sine diebus exitus
terribilis z horribilis Ideo in eo pe-
riculosum est essendum z habi-
tandum nimis Sed pro nobis adve-
nit z permanencia nostra apparere
debemus ... immortali-
tatem ubi absterget deus omnem la-
crimam ab oculis sanctorum z mors
non erit amplius neque luctus neque
clamor nec ullus dolor quia priora
ra transierunt Cum ergo ihesus perambulans

perambulabat Iericho ut quereret et saluum faceret quod perierat Et quia zacheus et quilibet peccator perierat Igitur dignabatur venire adquerendum et saluandum eum Propter quod ewangelium continet sub de Et ecce vir nomine zacheus Hic caterum nouam et mirabilem ostendit scilicet diuitis vere penitentem et hoc nouum et mirabile est Luce xviii° facilius est camelum per foramen acus intrare quam diuitem in regnum celorum Et quod impossibile creditur apud homines tamen possibile apud deum qui diuites non despicit Cum et ipse sit diues diues in omnibus ut apostolus ad Ro [illegible] Ecce camelus deposita gibbi sarcina per foramen acus transijt hic est diues et publicanus relicto onere diuiciarum contempto censum fraudem angustiam que artam viam que ducit ad vitam ascendit Secundo hoc est valde rarum Ideo mirum vnde dicit Bernardus in [illegible] more Rarum valde est ut qui aurum possident ad requiem tendant Nam qui multiplicandis diuicijs inhiant raro alterius vite gaudia spectant Secundo hoc redemptor noster ut valde rarum et solo diuino miraculo euenire posse innuit dicens Apud homines hoc impossibile apud deum autem omnia sunt possibilia Hec ille Nam quia diuicias habere et eas non afficere eas non amare vel in eis non extolli difficile est sicut esse in igne et non ardere Ideo mirum vel saluare diuitem est rarum Vnde Bernardus [illegible] moralium facile est homini diuicias despicere cum eas non habet difficile vero cum eas habet viles estimare Hec ille Sed hoc quod diuiciarum habitus non est in crimine sed ad usus Ideo dicit augustinus super psalmo [illegible] Attendite ne passim diuites reprehendatis Et rursus ne de paupertate et egestate presumatis Si enim non est presumendum de diuicijs quanto magis non est pre-

sumendum de paupertate Et subdit pauper vlcerosus non tamen [illegible] ubi ipse vero sublatus est ab angelis in sinum abrahe Videas quis sublatus est non videas quis sublatus est lege scripturam Et nichil inuenies diuitem abraham Sublatus est ergo in sinum diuitis pauper Hec ille Et de Zacheo qui erat princeps publicanorum subditur id est qui publica vectigalia exigebant Tamen commercia vix aut numquam sine peccato exerceri possunt Et sequitur Et sequitur Et ipse diues quia per phas et nephas sibi diuicias acquirebat Et igitur hec aduersa penitenciam premit est rarum et mirabile Ideo dicit Ecce quia in scripturis dicit nouitatem Ysaie vij° Ecce virgo concipiet Luce j° Ecce sapientia et paries filium Ibidem Ecce elizabeth cognata tua Tamen ut sit modus eius penitencie consequitur subdit ewangelista Et querebat ihesum videre quis esset Tunc ergo nos omnibus omissis ihesum queramus quia eo inuento omne bonum inuenitur Et eo amisso omne bonum amittitur Vnde Sapiens Venerunt michi omnia bona pariter cum illa scilicet sapientia increata Et ideo dicit Luce xj° Querite et inuenietis Secundo autem quod querat docuit Sapiencie primo In simplicitate cordis querite illum Ecce primus accessus ad deum vt habeat simplicitatem cordis Quia deus [illegible] duplici corde Et dolosi enim sunt deo odibiles psalmista qui loquuntur pacem cum proximo suo mala autem in cordibus suis Da illis secundum opera eorum [illegible] Sed secundo contingit quod et simplicitas cordis querentem deum impediret prout et iste zacheus impediebatur Vnde sequitur Et non poterat pre turba quia statura pusillus erat dicit Ambrosius [illegible] vult quod melius alterius [illegible]

huius statura expressit forte
ideo quia adhuc pusillus erat in fi-
Nota de. Hodie enim ante promise-
rat Christus In domo tua oportet me
manere. Nec dum viderat cristum
Innocencius Et secundum Innocencium. Ille moraliter
pusillus est statura qui parum
proficit et facile cadit aut fra-
gilitate carnis devictus aut
compede consuetudinis ligatus
Et tales esse multos novimus
quibus displicent mala que
faciunt sed fragilitate vel consuetudine re-
tenti seu victi operantur que
detestantur. Anima caro con-
cupiscit adversus spiritum et cum nec p-
eccant cum magis sub deo
hunc cor demum semper de prima
cogitantes et de penitencia co-
sedentes qualis erat iste za-
cheus qui desiderabat ihesum
videre quis esset sed non poterat
pre turba. Cupit ergo cito modo liberari
ad petitum et convictus peccati consue-
tudine vide ihesum sed pre turba
non potest eo quod detinetur a culpa
Repugnat quibus quippe racioni
sed sensualitate succumbit. Secundo
sunt qui non multum dolent. Anima do-
lere non possunt sed doleant ut do-
leant i. ut dolor insufficiens do-
lore impetrat efficacem. Tercio
ergo zacheus videre christum sed non
poterat pre turba. Turba namque
sive malarum cogitacionum sive
demonum malignancium sive homi-
num invidorum suggerunt et
trahunt ad peccandum. Unde
legitur quod cum cecus clamaret
Miserere mei fili david qui pre-
ibant increpabant eum ut ta-
ceret. Sed quanto illi increpabant
tanto magis ipse clamabat.
Anima quanto magis contra nos insurgit
turbacio vel demonum cogitacio
cogitacionum vel hominum tanto
magis debemus insistere ut tempta-
ciones huius i. repellemus exemplo za-
chei qui preteriens ascendit
in arborem sicomorum. Preterit
ergo turbam pro se dum sit quia
peccator vero ad punctum pro-

peccare sed pro se despicere turbam
male peccati. Malarum cogitacio-
num et demonum et secularium negocia-
cionum et ascende in arborem sicomo-
rum ut videat ihesum. Sicomorus
autem est arbor excelsa. Et secundum b.
Gregorium xxvij moralium dicitur ficus
fatua et stat ante christi que ab
insipientibus stulticia reputatur unde
dicit apostolus Predicamus christum
hunc crucifixum Iudeis quidem
scandalum gentibus autem stulticiam stulticiam 1 cor 1
credentibus autem dei virtutem et
sapienciam. Et ergo ut videre
ihesum ascendat ad arborem sicomorum
i. assumat ante penitencie. Anima ut
i. salvator non potest videri nisi de
loco salutis i. de cruce per quam est
operatus est salutem in medio terre
i. in loco calvarie. Unde cui non
ipse per gratiam dominum videt dicens
se in foramine petre. Petra vero est
cristus secundum illud apostoli. Petra
autem erat cristus. Foramina vero pe-
tre sunt vulnera christi. Ideo dicit Can-
tica In foraminibus petre unde
mihi faciem tuam. Quam ergo
ut ipsi facie videre. Sed in fora-
minibus petre stare i. in volneri-
bus christi per ingentem meditacionem
unde Bern. [illegible] Domine ihesu de-
vocione possim intrare et audire
et omnem mundi fabricam et misterium
te invenimus nisi in cruce quesite
Et Augustinus. Christe nostre vere quid
Nemo invenit nisi in cruce qui
autem non amat crucem tuam non invenit
et gloriam tuam. Ergo volumus intra-
re et videre ihesum oportet nos ascende-
re sycomorum i. crucem penitencie ad omnem
ascensum huius gradus requiritur
Prima vero penitentes agnoscimus di-
omnibus humiliamur. Nec reputamus
nos esse dignos beneficiis dei sed
peccatis iuxta illud christi. Cum
feceritis omnia que precepta sunt
vobis dicite servi inutiles sumus
Secundo si recognoscimus omnes quos
inordinato amore dileximus sive
filios consanguineos. Anima vel extra-
neam et maxime carnali dele-
ctacione federati affectu tolle-

inquietum: ordinatorum respiciat Secundo
Ut in omnibus actibus nostris deo
placere cupiamus non mundo Unde
dicit propheta Qui hominibus pla-
cent confusi sunt quoniam deus
sprevit eos Sunt vero querunt
hominibus placere ordinacione morum
actus placencia tamquam in ultimum
finem Reperiuntur eciam iusti qui
placent deo et hominibus iuxta
quod de moyse legitur dilectus
deo et hominibus Tercio ut vo-
luntatem nostram voluntati divine per
omnia subiciamus Ita quod omnis dis-
posicio quam deus facit vel in nobis
fieri permittit occulto iudicio no-
bis placere debet Si enim bona sunt
ex gracia sunt Si mala sunt permissa
ex iusticia Ideo tempus nigre infirmi-
tatis aut iusticie non est sperandum
Quarto ut omnia terrena quasi pro
nichilo extimemus ut nullius a-
morem figamus aut inordinate
delectari queramus Sexto ut omnes
actus nostros cogitaciones et opera
regula divine legis mordere tene-
amus ascendens ante penitencie
prospicimus de virtutem in virtutem
possumus unde christum et ipse aspiciat
nos oculo sue pietatis sicut aspe-
xit in zacheum de quo subditur
Et cum venisset ad locum suspiciens
ihesus vidit illum Non tamen oculis
corporis sed oculo misericordie
quibus respiciat peccatores quos iusti-
ficat ut petrum et mariam magdalenam
Et dixit ad eum Tantum uiaz di
alloquio divino Zachee festinans
descende Quia hodie in domo tua
oportet me manere Tercio quale gaudium
et qualis gracia admiracione digna
cum dominus celi et terre dignatur
non solum venire sed manere in domo
hominis id est in anima per graciam instigata
que a domo sua perambulaba mino-
renciam cordis mei in meo domo
mee Et huius domus fundamentum est
fides Tectum caritas hostium obe-
diencia Parietes humilitas pa-
ciencia Columna fortitudo prudencia ipsa

et temperancia Tenebre hospi-
talitas cum hilaritate et misericordia
cum largitate Hec omnia fue-
runt in zacheo Fides quia preclu-
rens ascendit in arborem sicomorum
Per arborem sycomorum ascendit que
fidem crucis extollat Spes quia
videbat querebat unde ihesum quis
esset videret et gavisus est Caritas
quia suscepit eum gaudens Cari-
tas enim est apostolum congaudet veritati Cari-
tas ergo gaudet erat cum tacite in
suscipiebat Obediencia cum hu-
militate quia festinans descendit
non procrastinavit Non se excusat
nobis morum ut non quam hora
et tarditate non cum tedio et de
sidio Sicud excepimus mandatum
Sed prompte et hylariter cum deus
sit dominus omnium creature et si non pre
cipit sed vellet aliquid fieri statim
illud esset implendum multo ma-
gis cum precepit Unde Bern. in
quodam sermone dicit Non est dubium
quin amplioribus graciam meretur
qui se paratum exhibet ante man-
datum quam qui obedire satha-
git post mandatum celeriter
Ideo est deo obediendum et hiis
qui sunt loco dei Dicit Gregorius
xxxv° moralium Obediencia sola
virtus est que mentis ceteras vir-
tutes inserit insertas custodit
Non est obediencia quam victima quia
per victimas aliena caro per obedienciam
vero voluntas propria mactatur Et
patet quod frustratorium est satisfacionem
vel constat quod pro deo velle su-
perior id est non esse subiectum et hoc
debet se exponere de mandatis
dei Quia levia sunt et suavia
sicut veritas ait Immo possent
omnia mala que debet pati quam
mandatum transgredi Fuit eciam
deo hospitalitas cum hylaritate
Quia suscepit eum gaudens
scilicet de tanti hospitis adventum
venire Fuit eciam forte quia quidam
pharisei murmurarent et detra-
herent ei et xpo dicentes quod ad hominem
peccatorem divertisset Ipse tamen stabat

non tribulabat propter murmura-
cionem et detraccionem Sicut non
multi ad verbum detraccionis subi-
lum desistunt bonum iam incho-
atum Sunt autem in eo prudencia
Prima non solum dedit pauperibus
Sed reddidit defraudatis Secundo dedit
propria et reddidit aliena Non
sicut moderni homines qui decimas
et cetera non reddunt sacerdotibus
Sed eas distribuunt pro sua volun-
tate et voluntate Distribue enim
tuum et non alienum Nam qui facit
elemosinam de rapina pauperis
est qui victimat filium in conspectu pa-
tris Sunt in eo iusticia Prima
quod defraudabat reddebat qua-
druplum et cum dimidium bonorum dedit
pauperibus Secundo iusticia eius maior
in scribarum et phariseorum Tercio dicitur enim
Date elemosinam et ecce omnia mun-
da sunt vobis Et sicut aqua extin-
guit ignem ita elemosina exting-
wit peccata Est et Zacheus exem-
plum omnibus vere penitentibus qui pe-
nitent in eo in quo deliquit Et
ideo audivit consolacionem a domino
sibi dicente hodie in domo tua oportet me
manere hodie huic domui salus
facta est id est consciencia Zachei collata
est gracia dei per quam salutem consecutus
est Beda in omelia Non est arbor bo-
na dicit Prima causa tantissimi sollen-
nia dedicacionis agimus debe-
mus congrue sollempnitatem quam colimus in-
sere ornatu studiosique omnes ecclesie
parietibus plurimis et crescit lu-
minaribus amplificatis vel luminibus
addita per [illegible] Psalmodia lecti ex
more vigiliis noctis transigit ita
ad penitencialia cordium nostrorum sicque
magis bonorum operum decorem orna-
tibus semper in nobis flamma
divine caritatis ingnescat semper
in sanctuario pectoris nostri celestium
memoria preceptorum Evangelice
lectionis dulcedo sua resonat hic
ut sit in nobis deus habitare
dignaretur sicut in templo suo
dicit enim apostolus Templum dei
sanctum est quod estis vos hic tem-
plum id est animam omnis hominis devoti

fabricavit in cruce [illegible] dedicavit
in sanguinis ablucione Inde sanctifi-
cavit et dedicavit sine immunditia
in donorum infusione ad hoc utique
ut de maiorum [illegible] quo venimus
ad hoc ut anima dei fieret digna dei
habitacione Evangelium nobis [illegible]
ostendit dicit enim quod ihesus perambu-
labat Jericho et quod Zacheus que-
rebat videre ihesum quis esset pre-
ceps publicanorum id est teloniorum
qui publica mala faciebat Zacheus
princeps publicanorum Sed ita mala
publica que indissolubiliter adherent
homini ex originali culpa publica
Sicut sunt ignorancia concupiscencia con-
cupiscencia promptitudo ad peccandum
Dimittitur enim per baptismum vis culpe
sit sublata multa sunt penalia
que [illegible] remanserunt propter ex-
ercicium hominis [illegible] et sunt
occasio dampnacionis multorum
Exinde enim procedunt mala publica
vel Zacheus Item [illegible] princeps pu-
blicanorum [illegible] dimittit [illegible]
[illegible] iniquitatibus [illegible] in
[illegible] habundancia malicie pro-
venit [illegible] defensio et con-
fusio peccatorum Et de talibus [illegible]
[illegible] impossibile [illegible]
Prima difficile [illegible]
[illegible] facile impossibile [illegible]
[illegible] possit [illegible] abita habun-
dancia iniquitatum Sed que impossibile
apud homines est possibile apud deum
[illegible] Et inveniemus [illegible]
talia [illegible] Dicit enim in evangelio
quod perambulabat Jericho Zacheus
querebat videre ihesum quis esset
[illegible] et nunc ihesus perambulat Jericho
id est mundum id est [illegible] Nam enim [illegible]
sicut per mortem suam persolvit debitum
illius peccati originalis [illegible]
[illegible] [illegible] amore et pro-
[illegible] [illegible] ob-
tulit hostiam quod per acceptavit
Sed et nunc perambulat per [illegible] peccatorum
nomine baptismi aufferat a nobis
[illegible] in peccatis utique
nomine peccata [illegible] reme-
nent peccata baptismum propter bella
agenda [illegible] nobis in confirmacionem

gratia resistendi 2m illud petri Re-
sistite a fortes in fide viriliter
agite et confortamini in domino Non-
ne eukaristie digna preparacione
datur ad gratiam ad talia compri-
menda Nonne ex ordine sacerdo-
tum prevenimur nobis animi motu
nec et doctrine ut sequamur cristum
et alios sanctos scilicet crucifigemus
et mortificacionem huius mundi con-
cupiscencias etc exercemus et con-
tentes dicere possimus vivo ego
iam non ego vivit autem in me xpistus
Sed quia bella agentibus contin-
git quandoque cadere sicut et multi ceci-
mus Nonne habemus penitenciam
que restituit innocenciam et reparat
vires hominis et restituit hominem
in acie belli Primum itaque corpus
per ambulat et vitam pro hoc que-
que ut saluum faceret quod perierat
dicunt sunt evangelii Dicat Deo
et nos queramus cum zacheo videre
ihesum Secundum est habere fidem decon-
servanda vel ad querenda inno-
cencia que venit in nobis ex vide-
re ihesum cristi Cristus enim innocens
manibus et mundo corde qui peccatum
non fecit et habita autem ista fide
non magnum videbitur nobis la-
borare quibus possemus innocen-
ciam invenire Tertio dato quod pro-
lapsi fuissemus in gravissima peccata
Sed enim magdalena peccatrix et
matheus avarus paulus persecutor
petrus periurus zacheus publi-
canus elatus impius et hii qui
crucifixerunt ihesum invenerunt
innocenciam Cum nobis hec tria im-
plebimus quesivimus Sed quid cum
querere debeamus Certe habita
fide habeamus spem quod ex pro-
fundo vitiorum possimus resurgere
ad altitudinem virtutum Pro hoc
ergo instemus ut quod in multis deum
offendimus quod in omnibus dilectione
omnia recompensabimus facta et
recompensacione innocenciam ad-
quiremus Sic ergo zacheus desi-
derabit videre ihesum et iam amabat
eum Sic desideremus esse inno-
centes ut amemus innocenciam

Ut eam desideremus ut posse-
mus venire ad hoc quod possemus
oblivisci omnium que obsunt huic
gratie fundamentum primum di-
ad inquisitacionem (?) Sic autem hec dilige-
ncia sequitur quod omnis iniquitas
erat in nobis in odio Dicat omni
innocenti Cum non teneat talem hanc
legem quod quicumque diligit eum
odiat iniquitatem Unde zache-
us fastidivit omne illud quod
eum impediebat non ihesum videre
scilicet turbam et staturam pusillam
et turbam etc Si enim a fuisset
amata mansisset in ea et non pre-
cessisset Sed statura pusilla non
fuisset a [illegible] non in arbore ascen-
disset Et ex hoc statim sequitur
presencias iniquitatis Ergo enim odit
omnia que sunt iniquitatis per-
sequitur ea purgat ea Unde
non gratis iste ascendit in arbo-
rem sicomorum que etiam expiunt
salvatoris Et ad hoc dicit apostolus
Qui christi sunt carnem suam cru-
cifixerunt cum viciis et concu-
piscentiis Sed ad quid homo persequitur
iniquitates et eas pugnat Cer-
te hoc non aliud nisi loco viciorum
inducat in animam virtutes ut
ubi habundavit iniquitas super-
habundaret et gratia Ut sicut
homo commisit peccata tot debe-
ret facere holocausta ut in minus vicio-
rum quereret in nimis virtutes Cum
illud apostoli dicit exhibui-
stis membra vestra etc Taliter
fecit zacheus Talis autem resti-
tucio multas placet deo Un-
de sequitur dicit evangelium
Cum ihesus vidit zacheum sta-
tim in arbore sicomori Nam
illi soli sunt accepti domino
[illegible] in suis
corporibus [illegible] quoniam scilicet
in eos [illegible] subintraret pleni-
tudo virtutum efficit in nobis
sanctitate de qua est illud pre-
ceptum domini sancti estote quia ego
sanctissimus Aliud sive sequitur

cum ad sanctitatem devenimus
Certe ipsius dicit zacheo festi-
nans descende Quod alius
bus precepit i. relinque ea que
pertinent ad crucifixionem mem-
brorum Nam cum homo qui perdi-
tus fuerat inventus cum
revixit qui erat mortuus iam
ad ampliora debet anhelare et
pulari iam debet et gaudere
Unde et christus dicit In domo
tua oportet me manere Et ille festinans
descendit et excepit eum gau-
dens Sanctitas enim facit nos
dignos divina inhabitatione mul-
tiplici consolatione Sed iniquid
innumerata potterant inter-
rumpere vel impedire mansiorum
christi in domo zachei Et ipsius
zachei gaudium et consolationem
Certe non stando sed stante iam
nunc zacheus ex eius consolatione
de prava vita sua stetit coram eo et
ut ei posset homine adherere cepit
se exonerare ex omnibus que
sunt adhesionem quomodo
violare Dixit Ecce dimidium
bonorum meorum do pauperibus
Nota sanctitatis efficatius est di-
quos adhesione dei que est optimum
et ultimum bonum hominis in hac
vita Qui enim adheret deo unus
est spiritus cum eo et ibi absorbe-
tur totalis iniquitas ab homine propter
quod dicit Salus huic do-
mui facta est hodie Et ex
his patet quod post hec homines
venire in hec ut evaderet in-
iquitate et innocentiam assequ-
untur Ergo non solum debemus
respicere ad habundanciam pie-
tatis divine Sed et illud quod
in nobis est nunquam negligere
debemus ad hoc ut exinde gra-
tiam consequentes eamque hic et in fu-
turo gloriam Quam nobis etc.

Secundus Sermo de eodem

Hodie pagina
diem dedica-
tionis nostre ecclesie
quod est festum me-
morabile festum ter-
pulas magne
dignitatis Cuius
dignitatem magnitudinem describit beatus
Petrus in hodierno sermone Sollempnitas
hodierna sicut tanto nobilior et
devocior quanto familiarior nobis
est festum ceteris si quidem ceteri
non omnia aliis nos habemus com-
muniter hec vero nobis est propria ut merito
sit a nobis vel a nomine celebrata
nostra est quia de ecclesia nostra
quod parietes istos sanctos dicit
vererimus quos manus pontificum
tenuit misteriis sanctificavit et
sanctarum lectionum frequencia resul-
tat sanctarum oracionum frequencia
muniunt sanctarum reliquiarum
presencia honorantur sanctorum spirituum
indefessa custodia nos salvat angela-
re enim quod dicit per prophetam
Super muros tuos ierusalem constitui
custodes Et hic propter ista predicta
scilicet consecracionem episcoporum frequenciam
sanctarum lectionum frequenciam orationum
reliquias sanctorum custodiam
sanctorum angelorum Isti parietes di-
cuntur et sunt sancti Non enim
minus eorum sanctitatis propter eos est ho-
noranda Sicut nec propter se sunt san-
ctificati Sed propter corpora nostra Cor-
pora autem propter animas Que vero propter
se in nobis habitante ymo etiam
propter hec et ecclesia huius sacramentum
et corporaliter manet sicut aliquando ma-
nebat in domo zachei De
qua est ewangelium hodiernum consti- quod
tutum videlicet Luce xix° In illo tempore Et
ingressus et perambulabat iericho
Ewangelium istud legitur in de-
dicacionibus dicationibus ecclesie
propter hec Prima in eo fit mencio
de domo Cum dicit hunc domui
salus facta est Et hic in verbis omni-
bus domus salutaris describi-
tur i. felicitas prima domus dei

habitacio aliquorum in domo mala. Et dicit quod hinc venit quod sepe Cum omnes in ea manentes et invicem conservant Sic ad invicem [illegible] appareant omnes et invicem fideles sunt Et omnes se ad invicem diligunt Unde si hec sunt inter homines commanentes habent nomine [illegible] de nominetur Prima [illegible] pendet Tamen [illegible] a domo ex [illegible] Tantum ponit [illegible] arbor dicat utrumque comprehendit et ramos sed ramos nominat eo nomine complecti et fructus De hac domo loquitur apostolus [illegible] Si quis domui sue preesse nescit quomodo ecclesie diligentiam habebit Super quo dicit Ambrosius Magis [illegible] est ut si domum suam bene gubernaverit exinde [illegible] fortior [illegible] et idoneus probatur Tamen qui in minimis fidelis est et in magnis erit fidelis iuxta illud salvatoris Euge serve bone et fidelis quia super pauca fuisti fidelis supra multa te constituam intra in gaudium domini tui Secundo domus dicitur tota substantia hominis que pertinet ad sustentationem et necessitatem suam et suorum sic enim dicimus Iste habet domum omnibus bonis repletam propter hoc [illegible] quod pertinet ad victum eius Et quidam posuerunt salutem huius domus in hoc consistere Cum homo habundat [illegible] bonorum possidet absque impedimento et tamen quandoque [illegible] secundum illud psalmi Beatum dixerunt populum cui hec sunt Sed nos non sic arbitramur Secundum quod [illegible] Legitur in vita beati Ambrosii quod quodam tempore Romam pergeret et in quadam villa Tuscie apud quendam hominem nimium locupletem hospitatus fuisset Illum hominem super statu suo sollicite requisivit Cui ille respondit Status meus domine semper felix extitit et gloriosus Ecce enim divicias [illegible] habundo servos et famulos quam plures habeo copiosam [illegible] et nepotum turbam possideo et

omnia semper ad vota habui nec umquam michi adversum accidit vel quod contristaret Audiens hoc Ambrosius vehementer obstupuit Et hiis qui secum [illegible] erant dixit Surgite et hinc quantocius fugiamus quia dominus non est in loco isto Sed per graciam suam festinate filii festinate ne nos ultio divina apprehendat et in peccatis eorum pariter involvat Cumque surgerent et ab illo [illegible] processissent subito se terra aperuit et hominem illum cum universis que ad illum pertinebant ita absorbuit ut nullum indicium unde fossa vestigium remaneret Quod cernens Ambrosius dixit Ecce fratres quam misericorditer deus parcit cum hic adversa tribuit et quam severe irascitur cum semper prospera elargitur In eodem loco fovea quedam profundissima remansisse dicitur usque hodie in facti testimonium [illegible] Non ergo sic nos arbitramur Sed tunc dicimus domum consequi salutem quando dominus illius domus manus extendit ad pauperes Hec enim domus sue non timebit a frigoribus nivis [illegible] [illegible] quam possidet ad veniet ad illud frigus quo in homine caritas refrigescit et iniquitas permanet Unde salus domui Zachee facta quia ex hoc quod dimidium suorum bonorum dedit pauperibus Et si quem defraudaverat reddidit quadruplum [illegible] ergo [illegible] prout dicit [illegible] quando homo recte dividit et recte offert Tamen si recte offeras non recte dividas peccasti Zacheus [illegible] et distincte recte obtulit et recte dimisit quia bonorum suorum dedit dimidium pauperibus Et si aliquem defraudaverat reddebat quadruplum reddidit [illegible] sua dedit Contra quos faciunt qui de rapinis vestimenta

ffurtis et sacrilegiis dant ele
mosinam Cum tamen deus nunquam
ymo qui facit elemosinam de ra
pina pauperis quam qui sanguinem victi
mat in conspectu patris ymo per hoc ira
dei magis provocatur quam ira in
venitur Et quidam cum habeat
multum parum dant Cum habeat
parum dant vile Cum habeat proprium
dant alienum Cum debent dare
egenis dant histrionibus et ystu
latoribus vel Isti nec recte domi
num ut vitam offerunt Zacheus autem
recte obtulit recte Dimisit da
no nisi parum sed multum dimidia domi
dans suorum pauperibus et non histri
onibus Et dicit Ieronimus Nullus
credat sibi sufficere Si tribuunt 2m
propriam estimationem Sed necesse est ut
si quis multum habuerit ha
bundanter tribuat et si exiguum
vel de exiguo distat libenter impar
tire Ita quod non aliquid subtra
hat et supplicium totum auferat
Et dicit Ieronimus nimirum quod
non contentus natura est supplicare
timet Sciat se tot mortibus dign
quot inopes propter avariciam eius
moriuntur Et tot suppliciis affli
gendum quot penis corporis et
mentis affliguntur Qui enim
habuerit substanciam huius mundi et vi
derit fratrem necessitatem pati
et clauserit viscera sua ab eo
quomodo caritas dei manet in eo Io
hannis iiii Etiam domus dei est
nostri corporis in quo anima manet
inclusa sicut in domo sua Iuxta
illud apostoli Habemus thesaurum
preciosum in vasis fictilibus id est istam
in cordibus Et hunc locum est salus
quod ita conservatur quod inimicus non habeat
aliquem in eam ingressum quo anima
illibertaretur aut ligaretur aut
mortificaretur Mors enim ingre
ditur per fenestras Et ideo dicit
Ambrosius super Epistolam i ad Thi
domum suam bene regere est qui
corporis servat castitatem Et hec
enim est quod corpori suo vacat domina
tur ne sibi subditus et desideriis do
minantis deditus in proprium demer
gatur Et inde Ambrosius dicit Si
quemquam domum cordis excolere necesse
quod diligenciam plurimum habebit
ut unusquisque sciat vas suum possi
dere in honore et sanctificacione non
in desiderii passione et qui habe
re potest corpus suo vacavit non potest tenere
quod rationabilis ceteris poterit de
ponere seu tenere Sextum et Tercium au
dimus de domibus nostris et quod
in eis consistat salus Restat quod sit ut
dicamus de domo dei que est cohabi
tatio fidelium in unitate fidei spei
et caritatis Et hec est etiam sancta et
de etiam materialis facta ex lapidibus
et lignis Et hec est domus dedicata
Iuxta illud psalmi Domine dilexi
decorem domus tue et locum
habitacionis glorie tue In utraque
istarum domorum habitat deus Sed domi
nus de Iericho perambula
bat sed in domo Zachei manebat
Iericho sit ecclesia id est fidelium congrega
tio Sed domus Zachei ecclesiam
materialem in qua deus manet et ha
bitat in sacramentis quod id est fons ba
ptismatis quod oleum confirmacionis
et crisma et unctionis et dignitas
sacerdotalis sanctificacionis ibi
sacramentum penitencie sacre eukari
stie et sanctificacionis sancti matrimo
nii Sed in ecclesia id est in hominibus habi
tat deus per deambulacionem vel
sacramentorum Et hec est multo nobilior
et excellencior Ergo ita etiam ma
teriale propter illam spiritualem sed homi
nis collectionem in una fide spe et caritate
est sacra Et ideo deus manet in
etiam materiali sacrata ut virtu
tes sacramentorum in hominibus infundan
tur ad veniendum quia propter hoc etiam materialis
construitur propter hoc consecratur sive mino
ratur sive in usus sive ad divina
servicia applicatur ut homines unius
fidei veniant ad deum adorandum
et laudandum et ad sacramenta
capiendum et ad discendum

quod debent exhibere servientes
et ad alia huiusmodi. Nos enim in ecclesia
debemus esse innumerationes
cogitaciones male sed sunt ibi me-
ditaciones et oraciones devote
ne corde aliud cogitemus et aliud
ore dicamus ne de nobis dicatur
illud Ysaie populus hic labiis
me honorat cor autem eorum longe
est a me. Ergo salvator dixit
Iudeis Nolite domum patris mei
facere domum negociacionis sed que
est domus oracionis vos eam
autem fecistis speluncam latronum
sed quia habetis vos mo-
rem latronum qui querunt ea ad
que ecclesia est edificata et consecra-
ta scilicet oracionem sed alia sicut latro
querit rapere aliena unde licet
deus sit ubique et exaudit semper
et ubique tamen in aliquo loco nec tempus
est de substancia oracionis tamen quolibet
tempore et in quolibet loco potest orari est
tamen de circumstancia unde
et tempora et loca sunt ad oraciones
instituta ut ex tempore et loco magis
posset excitari devocio humana.
Et ideo quod potest orari in deser-
to hic non est contra institucionem ecclesie quia
Christus veniebat in templum adora-
dum et ostendebat in hoc quod homo
orat quod fugere tumultum negociorum
et cogitacionis unde dixit Math.
vi Cum oraveris intra in cubicu-
lum tuum et clauso hostio ora patrem.
Et hoc maxime in ecclesia contingit
quia cum homo vadit ad ecclesiam
orare exteriores qui sunt hostia
cordis compescat aut divaga-
cione / quod et si sensus in ecclesia
spargerentur / non tamen ad delectacionem
ad supplicacionem. Quia homo vi-
det ymaginem Christi reliquias sanctorum
et signa martirum quibus ad victo-
riam devenerunt. Et si audit aut
singultus aut gemitus hominum aut
confessiones peccatorum aut verba
predicacionum que omnia cooperantur
ad excitacionem devocionis in anima.
Et ideo in eius fideles convene-
runt exaudiri quam alibi. In-

quod dicitur etiam in ea omnis qui
petit accipit et qui querit invenit et
pulsanti aperietur. Et in hodier-
na oracione petitur presta quesumus
omnipotens deus ut quisquis hoc
templum beneficia petiturus ingre-
ditur cuncta se impetrasse letetur.
Si autem aliquis petit et non exaudi-
tur fit ideo quia male petit. Ideo
quod petit ea que sunt contra salutem eius
sicut petere divicias honores vin-
dictam de inimicis. Ergo dominus
dicit apostolis in evangelio Usque nunc non peti-
stis quicquam in nomine meo sed quicquid
petit in nomine Ihesu id est salvatoris
semper impetrat iuxta promissum
Christi dicentis Si quid pecieritis patrem
meum in nomine meo id est quod est
salutis dabit vobis. Et hoc pri-
vilegium impetravit Salomon
qui dedicato templo oravit dominum
iii Re. viii Domine si quis
de populo cognoscens plagam
et infirmitatem suam expandit
manus suas in domo hac ex-
audias de celo domine et ex-
audierunt precibus eius et apparuit
ei dominus nocte dicens Oracionem
tuam exaudivi et elegi locum istum.
Unde dominus Thomas dicit in
iii parte questio lxxx articulus iii o
quedam probat dicens quod per
ingressum ecclesie consecrate ho-
mo consequitur remissionem peccatorum venia-
lium sicut et per aspersionem
aque benedicte allegans illud
Benedixisti domine terram tuam
remisisti iniquitatem plebis tue
et operuisti omnia peccata eorum.
Et ad hoc autem ut eciam in ecclesia
eorum nos inducat primo san-
ctitas loci Secundo patet quia
continet in se omnia sacramenta
et reliquie sanctorum que potest
in celum intraverunt. Et sic
et nos eos sequentes Tercio presen-
cia Christi Nam eius sit ubique tamen
specialius est hic quia corpus eius
in sacramento continetur Math. ult.
Vobiscum sum usque ad consummacionem
seculi Quarto presencia an-
gelorum quia hic astant ut

Lect. Tercia ... oracionis

2 Re. 12 13

Jtem mal(e)s deo offerant ff(?) an
thema habem(us) in Jacob Gen.
xxix. Qui vidit scalam stantem
sup(er) terra(m) (et) cac(u)men eius tan-
gens celos. an(gelos) (quo)q(ue) asce(n)de(n)tes
p(er) eam (et) descende(n)tes. Scale mini-
strant angeli descendunt
qu(i)a nobis subveniunt. ascen-
dunt qu(i)a pro nobis interve-
niunt (et) preces n(ost)ras deo offer(unt).
Ergo cum evigilasset Jacob ait
vere d(omi)n(u)s est in loco isto (et) ego
nesciebam quam terribilis est locus
iste. vere non est hic aliud nisi
domus dei (et) porta celi. Ecclesia h(aec)
q(ue) ecclesia materialis e(st) in ma-
gno honore habenda. Ex quo
enim e(st) ad hoc constructa (et) insti-
tuta ac deputata ut homines
in ea facerent que sunt ad dei
honore(m) (et) ipsor(um) salute(m). Jdeo est
honoranda. Dicit enim Gl(ossa) inter-
linealis sup(er) illo verbo. Q(uam) ter-
ribilis est locus. Jdeo q(uia) in futuro
erat thabernaculum dei. Et sub-
dit. Non est hic aliud nisi domus
dei. Jerusalem. Glosa inter-
linealis dicit. ideo. q(uia) (pri)ma de-
signavit futuru(m) altare dei. Et
porta celi. Jdeo hic dicit (pri)ma
i(n)troitus e(st) hominibus ad recipi-
endum regnum dei. Ergo ille
locus erat terribilis (et) honorabilis
in quo debuit edificari thaber-
naculum figurale. Signat alle-
[illegible] in quo debuit vigere cultus
dei temporalis non permansiu(m) in q(u)o
debebant homines convenire
et a deo consilia recipe(re). adhuc
ut in eis esset regnum dei. Ergo non
minus magis honoranda est
eccl(es)ia materialis in qua veraciter ha-
bitat deus (et) excellenciori
modo quam in illo thabernaculo.
Erat enim ibi virga Aaron. h(oc) est
dei disciplina. Erat ibi manna
h(oc) est cibus (et) dulcedo Christi. Erant ibi
thabule in quibus erat decalo-
gus h(oc) plus e(st) q(uia) hic ubiq(ue) fides
lex (et) legis intellectus. Ex hoc vel

t(er)minus signat q(uod) non sine causa legi-
timis materiales ecclesie dedicantur. Que
enim aliud signat hic quod in de-
dicatione templi adornantur mo-
dis quo p(ro)p(ter) nisi q(uia) d(omin)us deus
p(er) illu(m) clerum (et) q(ua)li(bet) anima(m) d(omi)n(u)s
sibi preparat modis innumerabilibus et
exhibet se unicuique sine macula
et absq(ue) ruga. Per quod ornatus
et unde recipimus initium huius prepa-
rationis. Certe primum spirituale orna-
mentum recipimus in baptismo
unde fidem Christi tenendo ecclesiam asper-
git ipsam aqua. Ecce o(mn)es que le(c)-
t(i) in baptismo sunt immergi. Et p(er) ite-
ratam immersionem Christo conse-
pelimur. qui (trib)us diebus iacuit
in sepulcro. Sicut enim Christus ex sepulcro
resurrexit (et) ad vitam novam venit
sic nos in baptismo renascimur a peccatis
abluimur et innovamur. Nec
hic sufficiat unde in dedicatione
ecclesie p(ri)mo luminaria incendi videmus
Nam o(mn)es unusquisq(ue) baptisatus
credere debet articulos fidei quos xii
apostoli de trinitate et christo com-
pilaverunt. In baptismo enim recipitur
fides infusa in habitu propter
hoc dum baptizatus ad discretionem
venerit q(uod) actualem habeat. De quo
articulo fidei. Nec sola fides actu-
alis sufficiat unde descriptio sit
alphabeti in pavimento ecclesie
et sicut fidei doctrina (christi)ana
et simplicem (et) absq(ue) p(er)mixtione
errorum. q(uia) nulla alio fides accep-
ta non d(icitu)r nisi s(ecundu)m doct(ri)natorum sacre
doctrine prout dicit apostolus. Ff(ides)
ex auditu auditus aut(em) p(er)
verbum dei. Nec hic sufficit. Nam preci-
piunt p(ri)mo p(er) crucem (et) unguunt
oleo (et) tunc ad eas luminaria applicantur.
Dicit q(ue) enim credere actualiter articulos
fidei s(ecundu)m doctrinam (christi)anam unctionem
amoris ex redemptione facta
per Christum. Nam absq(ue) amore redemp-
tionis salus homini fieri non potest.
Ecce ista sunt que p(er)tinent ad or-
namenta ecclesie (et) aliq(ue) alia que
sunt circa consecrationem ecclesie. alia sunt
p(ro)p(ter) q(uam) ecclesie conveniunt

Sal exprimunt virtutes quibus
debemus sanctificari. Sunt ex-
primunt misteria misteria Christi
Quod cum est hic quia aqua bene-
dicitur et additur ibi sal, cinis
et vinum aque miscetur. Aqua si-
gnificat populum iuxta illud
Apocalypse: aque multe populi mul-
ti. Sal doctrinam: Vos estis sal
terre. Cinis memoriam passionis
Christi. Vinum aque mixtum divinitatem
humanitati. Quidam populus
cum debet sanctificari doctrina fidei
Memoria passionis Christi. Et
maxime quando unitur capiti suo
ipso Christo qui vivit deo et homini. Non
gratis ergo ecclesie edificantur et con-
secrantur. Nam si deus deberet in
illo sanctuario quod erat sibi
edificatum manebat in medio
loco populi. Exodi xxv. Magis
manet in hac ecclesia nunc [illegible]
Nam et si deus non obligavit virtutem
suam loco et nam sacramento quam
communiter effundit potentem in
homines in loco suo sanctificato
Cum et ibi peccata dimittit per
sacerdotis absolutionem et gratiam
auget per Eucharistie sumptionem
et mentem hominis elevat ad se
per integram orationem et eum in bono
roborat et sic eum laudum con-
tinuatorem ex qua continuatione
consequitur beatitudo vie et tandem
sequitur beatitudo patrie regni
celestis. Cuius nos participes faciat
pater et filius et spiritus sanctus
Amen

Expliciunt Sermones de
Sanctis Compilati per ve-
nerabilem virum magistrum Johannem
~~Mathiam~~ de Slubza sacre
theologie professorem in stu-
dio alme universitatis Craco-
viensis Scripti per me Jacobum
de Ourzanow Et sunt finiti
proxima dominica iuxta passi-
onem domini
hora fere xxiiia Anno
domini millesimoquadrin-
gentesimosexagesimosexto

Sed incorrecte [illegible] legatur al[ias] [illegible]

